

Londini



APUD

ALEXANDRUM MACMILLAN

Auctoribus quidem ad istam sententiam, quam vis obtineri, uti optimis possumus ; quod in omnibus causis et debet et solet valere plurimum : et primum quidem omni antiquitate : quae quo propius aberat ab ortu et divina progenie, hoc melius ea fortasse, quae erant vera, cernebat. CICERO, TUSC. DISP. I. xii.

Quo fonti propiores sunt rivi, eo solent esse puriores ; et quo Apostolis aut temporibus Apostolicis proximiores sunt Christiani Patres, eo magis probati et irrefragabiles habentur doctrinae orthodoxae testes. T. BURNET, DE STATU MORTUORUM ET RESURGENTIUM, cap. iv.

S. CLEMENTIS ROMANI,
S. IGNATII, S. POLYCARPI,
PATRUM APOSTOLICORUM,

QUAE SUPERSUNT.

ACCEDUNT

S. IGNATII ET S. POLYCARPI
MARTYRIA.

AD FIDEM CODICUM RECENSUIT,
ADNOTATIONIBUS VARIORUM ET SUIS ILLUSTRAVIT,
INDICIBUS INSTRUXIT

GUILIELMUS JACOBSON

SS. THEOLOGIAE PROFESSOR REGIUS, ET AEDIS CHRISTI CANONICUS,
COLLEGII EXONIENSIS QUONDAM SOCIUS.

EDITIO QUARTA.

TOMUS II.

OXONII,

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO,

M.DCCC.LXIII.

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
10 ELMSLEY PLACE
TORONTO 5, CANADA.

DEC -9 1931

2390

PRINTED IN ENGLAND.

S. I G N A T I U S.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ

ΙΓΝΑΤΙΟΥ

ΠΡΟΣ ΕΦΕΣΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

ἸΓΝΑΤΙΟΣ, ὁ καὶ Θεοφόρος, τῇ εὐλογημένῃ ἐν
μεγέθει Θεοῦ Πατρὸς [καὶ] πληρώματι, τῇ προω- 5

4. ὁ Θεοφόρος,] Accentum sic collocatum passim in Cod. Laur. necnon in Actis Ignatii, habet hoc nomen, ab Ignatio in omnium Epistolarum Inscriptionibus usurpatum, si illam ad Polycarpum, secundum Recensionem longiorem, excipias. Significat ergo *qui Christum in animo fert, Deo plenus*, ut vertit Valesius ad Euseb. H. E. viii 10, quo sensu infra, § 9, Ephesios Θεοφόρους, Χριστοφόρους, appellat S. Pater. Sic Presbyter quidam ap. Irenaeum V 7, p. 298 ed. Massuet. δικαίους γὰρ ἀνθρώπους καὶ Πνευματοφόρους ἡτοιμάσθη ὁ παράδεισος. Vid. Routh. Rel. Sac. i 58. Hippolytus Thebanus, a Cotelerio indicatus in nott. ad Const. Apost. II 1, οἱ ἐν Νικαίᾳ κανόνες τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ Θεοφόρων πατέρων. Suidas S. Polycarpum vocat Θεοφόρον. Rucha-

tus, ex usu verbi Θεοφορεῖσθαι apud Scriptores Ecclesiasticos, vocem Θεοφόρος interpretatur *Spiritu Divino afflatus*. Syrus, ap. Cureton. *the God-clad*; Armenius, ap. Peterman. *qui est Deum induens, s. Deo indutus*: i. e. ἐνδυσάμενος τὸν Κύριον, Rom. xiii 14. Cf. Χριστὸν ἐνέδυσασθε, Gal. iii 27, et Epist. Vienn. et Lugdun. § 11, μέγαν καὶ ἀκαταγώνιστον ἀθλητὴν Χριστὸν ἐνδεδυμένη. Θεόφορος legisse videntur Nicephorus, Symeon Metaphrastes, et alii, Excerpt. Var. ap. Cureton. p. 251; inter recentiores Johannes Wesley, not. in S. Matt. xviii 2, qui somniaverunt Ignatium fuisse parvulum illum, quem, advocatum tanquam modestiae exemplar, Dominus in medio statuerit; unde, quum ad Ecclesiae praesulatum promoveretur Ignatius, noluisse ei manus impo-

S. I G N A T I I

AD EPHESIOS EPISTOLA^a.

^a *Ignatius Ephesius.*
Codex Caiensis.

IGNATIUS, qui et Theophorus^b, benedictae in magnitudine Dei Patris et plenitudine, praedesti-

^b *Theophorus C. C.*
Eph. iii 19,
i 4, iii 11.

nere Apostolos, nimirum quem Christi ipsius tactu sanctificationem cognoverint. Quae traditio, ut etiam Cotelierius observavit, ignota fuit Chrysostomo in laudem Martyris Ignatii peroranti. Plura dabit Pearsonus in Vindic. ii 12. Additamentum antiquissimum, hic et in caeteris Inscriptionibus, e Martyrio Ignatii forsitan desumptum putat Duesterdieckius, p. 89, cum Arndtio, *Studien und Kritiken*, 1839, i p. 178 not. a, et Bunsenio, *Die drei ächten & die vier unächtten Briefe des Ignatius*, p. 33. Non legitur apud Origen. Hom. vi in S. Luc. neque in Prolog. in Cant. Cantic. neque apud Athanas. de Synodis § 47, neque apud Hieron. in S. Matt. i, c. Pelag. iii 2, de Viris Illustr. § 16.

ib. τῆ εὐλογημένη κ. τ. λ.] Cur non licuerit Ignatio Paulum et Petrum, necnon Johannis Apo-

calypsin, in longioribus Epistolarum Inscriptionibus imitari nullus video. Longiuscula quoque est haec Inscriptio ab Athanasio praefixa Epistolae ad Solitariam Vitam Agentes: [tom. i p. 343 ed. Ben.] Τοῖς ἀπανταχοῦ κατὰ τόπον τὸν μονήρη βίον ἀσκούσι, καὶ ἐν πίστει Θεοῦ ἰδρυμένοις, ἡγιασμένοις τε ἐν Χριστῷ, καὶ λέγουσιν, Ἴδού, ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμεν σοι, ἀγαπήτοῖς καὶ ποθεινοτάτοις ἀδελφοῖς, ἐν Κυρίῳ πλείστα χαίρειν. COTEL. Conf. omnino Pearson. Vindic. ii 16, pp. 211-216.

5. [καὶ πληρώματι,] Ita ipse in Ep. ad Trall. [Inscript.] ἦν ἀσπάζομαι ἐν πληρώματι. Hujus vocis sunt variae significationes, (veteres enim varie adhibebant) quarum illa ad hunc locum proprie pertinere videtur, quae quid sit *πλήρωμα τῆς πόλεως* indicat. Ita Nazianz. 375 A, 159 B, 410 C. [tom. i ed. Mo-

ρισμένη πρὸ αἰώνων εἶναι διὰ παντὸς εἰς δόξαν παράμονον, ἄτρεπτον, ἠνωμένην, καὶ ἐκλελεγμένην ἐν πάθει ἀληθινῶ, ἐν θελήματι τοῦ Πατρὸς καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ἀξιομακαρίστῳ τῇ οὔσῃ ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀσίας, 5 πλείστα ἐν Ἰησοῦ Χριστῶ καὶ ἐν ἀμώμῳ χάριτι χαίρειν·

Gratias
agit, quod

Α΄. ἈΠΟΔΕΞΑΜΕΝΟΣ ἐν Θεῶ τὸ πολυαγά-

rel.] Et hic sensus maxime facit contra Schisma. Vide item Chrysost. tom. iii ed. Savil. p. 822 l. 22, et 823 l. 3. [Hom. xi in Ep. ad Eph. tom. xi pp. 86, 87 ed. Ben.] An spectare videtur Rom. xv 29, ἐν πληρώματι εὐλογίας? Vid. omnino Theophylactum. Κεφαλὴ τοῦ Χριστοῦ πληρώματος. i. e. Episcopus Ecclesiae. Naz. 39 D, qui lucet παντὶ τῷ τῆς οἰκουμένης πληρώματι. 149 B. PEARSON. Πλήρωμα sive αὐτάρκεια, sive immensa Dei natura, quae implet res et loca omnia, spatiumque, ultra quod intellectus humanus vel concipere vel fingere possit. SMITH. Explicationem Smithi comprobat Duesterdieckius. Vocabulum tamen πληρώματι relegatum vult. καί, quam vocem ex Interpolatore inserendam esse ante πληρώματι cum Smitho duxeram, agnoscit Versio Syriaca.

ib. τῇ προωρισμένη] Et mox ἐκλελεγμένη. Sic D. Paulus ad Ephesios, i 4, 5. Καθὼς ἐξέλεξατο ἡμᾶς ἐν αὐτῷ πρὸ καταβολῆς κόσμου, εἶναι ἡμᾶς ἁγίους καὶ ἀμώμους κατενώπιον αὐτοῦ ἐν ἀγάπῃ.

1. εἶναι] Omisit Vossius.

ib. εἰς δόξαν—ἐκλελεγμένην] Syrus, *in gloriam quae manet et non mutatur, et quae, sc. Ecclesia, est perfecta et electa.* Armenius, *manente et immutabili gloria, quae perfecta est.* Uterque Interpres vocem ἄτρεπτον ad δόξαν refert. Arm. omisit καὶ ἐκλελεγμένην.

2. ἠνωμένην] *perfected* Curetonus, cui Syrus videtur legisse ἠνυσμένην aut ἀπηρτισμένην. At in Fragmentis significationem eandem vocibus ἐνότης et ἔνωσις tributam esse monet Lipsius, p. 139.

3. ἐν πάθει] P. Junius legi vult πόθῳ sed male. Sensus hic manifestus videtur: *electam virtute meritum mortis et passionis Christi, quam ille vere subiit.* Haec enim epitheta referri debent ad ἐκκλησίαν, quod post εἶναι in quarto casu subintelligendum est, non ad δόξαν. SMITH. Ruchatus ad δόξαν refert, ἐκλελεγμένην mendum librarii esse credens pro ἐκλελεγμένη. Curetonus interpretatur, *chosen in the purpore of truth*, p. 228; dubitat tamen, p. 277, de admitendo pro πάθει. Armenius

natae ante saecula esse semper in gloriam permanentem, invertibilem, unitam, et electam in passione ^{Eph. iv} vera, in voluntate Patris et Jesu Christi Dei nostri, ^{3-6.} Ecclesiae digne-beatae existenti in Epheso Asiae, plurimum in Jesu Christo, et in immaculata gratia, gaudere :

I. ACCEPTANS in Deo multum dilectum tuum

legisse videtur ἐν πάθει ἀλ. τοῦ Θεοῦ καὶ Κυρίου ἡμῶν Ἰ. Χ. omis- sis ἐν θελήματι.

ib. τοῦ Πατρὸς καὶ Ἰησοῦ] καὶ non agnoscit Int. Syrus. *by the will of the Father of Jesus Christ our God.* Cureton. Utrum Syrus nomen Dei ad Patrem an ad Filium referat, Merxio dubium esse videtur.

5. ἀξιομακαρίστῳ] Ut ipse in Ep. ad Rom. ad finem [§ 10] διὰ Ἐφεσίων τῶν ἀξιομακαρίστων, tanquam discipulos Pauli, quem ἀξιομακάριστον vocat in hac Epistola, [§ 12] uti etiam postea Ecclesiam Romanam ἀξιομακάριστον appellat. PEARSON. Vocem hanc non agnoscit Suicerus : ἀξιοζήλωτος a Cyrillo Alex. aliquoties usurpatam fuisse notat. Infelicitate vertunt Coteler. *merito beatae*, Wakius, *most deservedly happy*, et Ruchat. *très-dignement heureuse* ; quemadmodum et Syrus ap. Cureton. p. 228. Melius Wocher. *der aller Seligpreisung würdigen Gemeinde.* Sturz. Lex. Xenoph. *felicitationis praedicatione dignus.* Apol. Socrat. § 34.

ib. ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀσίας,] Irenaeus de S. Johanne, III 1, [I, p. 174 ed. Massuet.] ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀσίας διατριβῶν. PEARSON. Sic etiam in Inscr.

Epistolae ad Smyrn. ἐν Σμύρνῃ τῆς Ἀσίας. ibid. § 11, ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας. In Inscr. Epist. ad Philad. ἐν Φιλαδελφίᾳ τῆς Ἀσίας. Versio Curetoniana non agnoscit τῆς Ἀσίας.

6. χάριτι] Interpol. Syrus, et Armen. χαρᾶ, quam lectionem Horneman. Hefel. et Dresselius, ut veriore retinent. Curetonus conferri jubet Ep. ad Magn. § 7.

8. Ἀποδεξάμενος] Respicit ad legationem quam Ephesii ad se miserant, de qua statim post se ipsum declarat usu verbi synonymi ἀπείληφα. VEDELIUS. Interpolator sec. Cod. Nydruc. Ἀπεδεξάμην . . . sec. Cod. August. Ἀποδεξάμενος . . . Interpres Vetus utriusque Recensionis *acceptans*. Cf. infra ἀκούσαντες. Neque prorsus absimilis est participii usus ad initium Epp. ad Polyc. et ad Magn. In Epp. ad Philad. et ad Smyrn. quoque constructio Inscriptionis cohaeret, ut videtur, cum periodo prima ipsius Epistolae. Tota haec Sectio mutila et hiulca Vossio, Smitho, et Marklando videtur. Periodum anacoluthicam, stylo B. Pauli haud absimilem, agnoscit Denzingerus, p. 39.

BQ ib. τὸ πολυαγάπητόν σου] Non

331

A64

1863

v. 2

Onesimum
Episcopum
ad se mise-
rint, quem
ut et Ephe-
sius eximie
laudat.

πητόν σου ὄνομα, ὃ κέκτησθε φύσει δικαία, κατὰ
πίστιν καὶ ἀγάπην ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ τῷ Σωτῆρι
ἡμῶν, μιμηταὶ ὄντες Θεοῦ, ἀναζωπυρήσαντες ἐν αἵ-
ματι Θεοῦ, τὸ συγγενικὸν ἔργον τελείως ἀπηρτίσατε.
Ἀκούσαντες γὰρ δεδεμένον ἀπὸ Συρίας ὑπὲρ τοῦ 5

laudo eos, [Vairlenium respicit] qui jejunam aliquam paronomasiam hic quaerunt in vocibus, Ἐφεσος, et ἔφεσις: tanquam ideo dixerit Ignatius πολυαγάπητόν σου ὄνομα, vel ut vulgo male legitur τὸ πολυπόθητον ὄνομα, quum certum sit πολυαγάπητον ὄνομα Ἐφεσίων idem esse quod sit πολυαγάπητοι Ἐφέσιοι. Quae loquendi formula satis frequens apud antiquos. Crediderunt viri docti, hic alludi ad nomen Christianum; sed certum est, haec omnia ita, ut dixi, intelligenda. VOSSIUS. Planius certe, ac fortasse melius legitur apud Interpol. Ἀπεδεξάμην ὑμῶν ἐν Θεῷ τὸ π. ὄνομα. Hornemannus ita refingit, Ἀπεδεξάμην ἐν Θεῷ τὸ πολυαγάπητον ὄνομα, vertitque, *Vestrum pro salute mea, a Deo derivanda, votum, per nuntios vestros ad me venit, eoque carissimi nominis vestri memoria in animo meo renovata est.* Nomen Christianum intelligit Bunsenius.

1. σου . . . κέκτησθε] Ad Ecclesiam scribit singulari numero, utpote in uno capite, Christo et eidem Episcopo unitam. Sed quare ergo in caeteris Epistolis non eadem reperitur loquendi forma? Veruntamen non est, quod accuratorem Grammaticam, in homine occupatissimo, et in iti-

nere variis negotiis et molestiis districto, exigamus. SMITH. Singularem post pluralem ponit D. Paulus ad Gal. vi 1, ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον ἐν πνεύματι πραύτητος' σκοπῶν σεαυτὸν μὴ καὶ σὺ πειρασθῆς. Versiones Curetoni et Petermanni exprimunt lectionem Recensionis longioris, ὑμῶν, eamque in ed. quarta admisit Hefelius.

ib. φύσει δικαία.] *Natura justa, re justa, i. e. juste, proposito justo.* Consulendi Grammatici: necnon Intt. ad Sapient. xiii 1, et Ephes. ii 3. Sic ab Anastasio, ὀδηγοῦ cap. 8, ἡ φύσις, I Cor. xi 14, exponitur τὸ πρᾶγμα. COTEL. Onomasticon V. *Indoles, φύσις.* Barnabas in praefat. Epist. 'supra modum exhilaror beatiss et praeclaris spiritibus vestris, quod sic 'naturalem gratiam accepistis.' An φύσει δικαία nihil aliud quam δικαίως, merito? Haeretici dicebant, Catholicos χρήσει tantum gratiam habuisse. Iren. p. 28 B. [I vi 4, ed. Massuet.] PEARSON. Locum hunc a suspitione Gnosticisismi contra Baurium defendit Uhlhorn. in Niedneri *Zeitschrift für histor. Theologie*, 1851, p. 303 sq. HEFELIUS. Smithus confert initium Epist. ad Trall. Ἀμωμον διάνοιαν . . . ἐργῶν ὑμᾶς ἔχοντας, οὐ κατὰ χρήσιν, ἀλλὰ κατὰ φύσιν. *Par un naturel vertueux, Ru-*

nomen, quod possedistis natura justa, secundum fidem et charitatem in Christo Jesu Salvatore Eph. i 15. nostro, [glorificato Jesum Christum Deum ;] quia imitatores existentes Dei, et reaccendentes in sanguine Christi Dei, cognatum opus integre perfectistis. Audientes enim ligatum a Syria^e pro com- c Siria C.C.

chatus. *which ye have acquired by nature by a right and just will.* Cureton.

3. ἡμῶν,] Post hanc vocem Int. Vet. adjungit verba quae, uti opinatur Cotelerius, extrinsecus adposuerat pius aliquis lector. Simile adsumendum habet § 2 Ep. ad Magn. Reithmayrus corrigit *glorifico*, et Graecis addita vult *δοξάζω Ἰησοῦν Χριστὸν Θεὸν ὅτι . . .*

ib. *μμηταί*] Int. Vet. videtur legisse *ὅτι μμηταί*. PEARSON. Particulam *καί* ante *μμηταί* agnoscunt Versiones Curetoni et Petermanni. Interpol. *μμηταί ὄντες Θεοῦ φιλανθρωπίας*.

ib. *ἀναζωπυρήσαντες*] Videtur intransitive sumi. Gloss. *Respirisco, ἀναζωπυρῶ*. PEARSON. Intransitive quidem apud Clem. Rom. i 27, *Ἀναζωπυρησάτω οὖν ἡ πίστις αὐτοῦ ἐν ἡμῖν*, et LXX Gen. xlv 27, *ἀνεζωπύρησε τὸ πνεῦμα Ἰακώβ*. I Macc. xiii 7, *ἀνεζωπύρησε τὸ πνεῦμα τοῦ λαοῦ*. Transitive, II Tim. i 6, *ἀναζωπυρεῖν τὸ χάρισμα τοῦ Θεοῦ*. In notis Hefelius subaudiendum monet *ἡμᾶς* post *ἀναζωπυρήσαντες*: in Versione autem dat *ad vitam revocati*. Curetonus in Ep. p. 228, et in Fragm. p. 248, *fervent in the blood of God*; p. 245, *inflamed by the love of God*.

ib. *ἐν αἵματι Θεοῦ*,] Armen. haec prorsus omisit. Equidem

dixerim primitus scriptum esse *Χριστοῦ*, deinde ex nota Monophysitae cujusdam marginali in textum irrepsisse *Θεοῦ*, ac denique vocem *Χριστοῦ* excidisse. PETERMAN. Lipsius, p. 123, *ἐν αἵματι Θεοῦ tuetur*. Bunsenius infelicissime comma post *αἵματι* posuit. Cf. Wetsten. in Act. xx 28, et Clem. Rom. supra p. 12 l. 3. In Fragmento Melitonis, *ὁ Θεὸς πέπονθεν*, apud Routh. Rel. Sacr. i 122.

4. *τὸ συγγενικὸν ἔργον*] Hornemannus vertit, *opus fratribus Christianis dignum*. Hefelius, *opus fraternitatis*. Chevall. *the work which was agreeable to your nature*. Curetonus, p. 228, *a work congenial to you*; pp. 245, 248, *a deed worthy of the race*. Mox Cod. MS. exhibet *ἀπαρτίσate*.

ib. *τελείως*] Interpres alter, *perfecte*. Cureton. p. 228, *speedily*: at in Excerptis ex Opp. Severi Antioch. Patr. p. 245, *perfectly*. Armen. *cum amore*. Bunsen. reponit *τέλειον*, Lipsius *σπουδαιώς*.

5. *δεδεμένον ἀπὸ Συρίας*] Aliter Syrus; *bound from actions*, Cureton. p. 229. Cf. Ep. ad Rom. § 5 init.

ib. *τοῦ κοινῶν ὀνόματος*] Cf. Tit. i 4, *κατὰ κοινὴν πίστιν*. S. Jud. 3, *τῆς κοινῆς σωτηρίας*. Armenius, *propter nomen totius communis spei*.

κοινοῦ ὀνόματος καὶ ἐλπίδος, ἐλπίζοντα τῇ προσευχῇ ὑμῶν ἐπιτυχεῖν ἐν Ῥώμῃ θηριομαχῆσαι, ἵνα διὰ τοῦ μαρτυρίου ἐπιτυχεῖν δυνηθῶ μαθητῆς εἶναι τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν ἀνευεγκόντος Θεῶ προσφορὰν καὶ θυσίαν. Ἐπεὶ οὖν τὴν πολυπληρίαν ὑμῶν ἐν ὀνόματι 5 Θεοῦ ἀπέληφα ἐν Ὀνησίμῳ, τῷ ἐν ἀγάπῃ ἀδιηγῆτω,

2. θηριομαχῆσαι.] Aliter Syrus et Armenius, *to be devoured of beasts.*

ib. ἵνα διὰ τοῦ—καὶ θυσίαν.] Haec omissa sunt a Vet. Int. et pro eo nihil aliud repositum, quam *videre festinastis.* Quae verba ab otiosa manu irrepserunt. VOSSIUS. Haec sententia valde perplexa est. In Graecis duo vocabula deesse videntur, quae tamen in Cod. suo vidit et transtulit Vet. Int. Forte scriptum fuit ἰδεῖν ἐσπουδάσατε post θηριομαχῆσαι. Quod si post ἐσπουδάσατε statim Ἐπεὶ οὖν κ. τ. λ. omnia erunt clara et perspicua. PEARSON. Conjecturam Pearsoni a Versione Syriaca confirmatam in textum admisit Hefelius in ed. quarta. Locum ita refingit Curetonus, ἵνα διὰ τοῦ ἐπιτυχεῖν δυνηθῶ μαθητῆς εἶναι Θεοῦ με ἰδεῖν ἐσπουδάσατε, verbis μαρτυρίου et ὑπὲρ ἡμῶν—καὶ θυσίαν omissis. Petermannus, ἵνα δυνηθῶ μαθητῆς εἶναι, ἰδεῖν ἐσπουδάσατε. Mihi quidem olim in mentem venerat librarium nostrum legisse θηριομαχῆσαι ἐπιδεῖν ἠπέιγθε, atque exinde oscitasse, quia scilicet ἐπὶ et ἐπεὶ toties occurrerent. Cod. Caiensis propius ad Gracca Cod. Medicei accedit.

3. ἐπιτυχεῖν] Redundare videtur; et plane omisit Interpolator. SMITH. Opinor, pri-

mitus vocem μαθητῆς absolute positam fuisse, ut in Epp. ad Trall. § 5, et ad Rom. § 5; sed, quoniam lectoribus deesse aliquid videbatur, adjecerunt alii verba illa e D. Pauli Ep. ad Eph. v 2 desumpta, quae vel maxime hic quadrant; alii vero solam vocem Θεοῦ, quae Monophysitismum quodam modo redolet. PETERMAN. Sensum non incommodum praebet Cotelerius: *quo per martyrium adipisci possim discipulus esse illius, qui &c.*

ib. ὑπὲρ ἡμῶν . . . θυσίαν.] Haec verba non agnoscit Syrus, sed μαθητῆς εἶναι τοῦ Θεοῦ. Ἐπεὶ οὖν legisse videtur.

4. ἑαυτὸν ἀνευεγκόντος] ἐαυτὸν omisit Salvinus in apographo illo Cod. Medicei quod in Aldrichii usum exscripsit.

ib. προσφορὰν καὶ θυσίαν.] Phrasis Paulina, Eph. v 2.

5. Ἐπεὶ οὖν] Sine apodosi. Post magnam parenthesis, a fine § 1 usque ad med. § 3, verbis ἄλλ' ἐπεὶ demum ad priorem sententiam revertit. HEFEL. Protasi, quam haec vox inducit, non deest apodosi: incipit quippe voce. Πρέπον οὖν ἐστίν, cap. seq. DRESSEL.

ib. πολυπληρίαν] Anne rectius πολυπληρίαν? Vocem non agnoscunt Lexica. Pro Cod. Laur. lectione, Vossius, lectore incon-

numi nomine et spe, sperantem oratione vestra^d potiri, in Roma cum bestiis pugnare, [videre festi-^e nastis^e.] Plurimam enim multitudinem vestram in nomine Dei suscepi in Onesino, qui in charitate^f

^d *vestra ora-
tione C. C.
e pugnare,
ut potiri
possim disci-
pulus esse
videre festi-
nastis. C.C.*
^f *qui cari-
tate C. C.*

sulto, exhibuit πολυπληθίαν, ab Interpol. et nunc demum a Cod. Casan. confirmatam. Petermannus refigit, Τὴν μὲν οὖν πολυπληθίαν. Salvini conjecturam πολυκλιρίαν admisit Bunsenius. Curetonus πολυπλήθειαν, *we have received your abundance*. Cf. Ep. ad Trall. § 1, τὸ πᾶν πλῆθος ἡμῶν ἐν αὐτῷ θεωρεῖσθαι.

6. ἀπειλήφα ἐν Ὁνησίμῳ,] Vet. Int. *suscepi*, an recte? *accepi per Onesimum*. Erat igitur Onesimus Ephesiorum Episcopus Smyrnam missus, ut viseret et refocillaret Ignatium. Huic contemporaneus Onesimus, Plutarchi servus, qui cum Epicteto disputans, introductus est a Phavorino. In isto saeculo et sequioribus nomen istud vulgare fuit. PEARSON. Ignatium in hac ad Ephesios Epistola meminisse pastoris ipsorum Onesimi refert Eusebius, H. E. iii 36, quomodo et in Ep. ad Antiochenos nominatur idem ὁ Ἐφεσίων ποιμὴν. Hunc cum esse de quo S. Paulus ad Philemonem scribit, et post S. Timotheum Ephesiorum ordinatum ab eo fuisse Episcopum, in libello de Festiv. Apost. ad 14 Kal. Mart. affirmat Ado. Eundemque Philemonis servum a B. Paulo Ephesinae Ecclesiae post Timotheum constitutum fuisse Episcopum, in Bedae, Notkeri, et Romano Martyrologio, ad eundem diem,

similiter legimus. Quod si verum, non alius Ephesinae Ecclesiae quaerendus fuerit Angelus, cui in ii Apocalypsoos capitulo scribendae a Domino mandantur literae, quam hic ipse Onesimus. In Graecorum vero Menaeis, et Symeone Metaphrasta, die praecedente memoria ejus celebratur. Sed Ephesinus ipsius Episcopatus ab illis omnino non agnoscitur. Et vero in Clementinis Constitutionibus, viii 48, ille Philemonis Onesimus Beroeae in Macedonia ab Apostolis constitutus fuisse dicitur Episcopus; et Gaium, cujus Apostolus meminit, post Timotheum Ephesiorum fuisse Episcopum in Synopsi sua Dorotheus affirmat. Ut Gaius huic, quem Ephesius fuisse Episcopum etiam in inedito Hippolyti de LXX discipulis libello legimus, successisse videatur ab Ignatio nostro laudatus Onesimus: seniore illo, ante hanc ab eo scriptam Epistolam, sub Domitiano Martyrio jam coronato; ut in libro iii Historiae suae, cap. 11, Nicephorus significat. USSERIUS. Frustra hic disputari de Onesimo Philemonis servo, doccebit Pearsonus, Vindic. ii 8, p. 96.

ib. τῷ ἐν ἀγάπῃ ἀδελγητῷ,] Cotelerius vertit *inenarrabilis caritatis viro*. Apud Interpol. τῷ ἐπ' ἀγάπῃ ἀδελγητῷ. Usserius e duabus MSS. Version. Lat. et ex Adonis libello de Festiv.

ὕμῶν δὲ ἐν σαρκὶ ἐπισκόπων· ὃν εὐχομαι κατὰ Ἰησοῦν Χριστὸν ὑμᾶς ἀγαπᾶν, καὶ πάντας ὑμᾶς αὐτῷ ἐν ὁμοιότητι εἶναι. Εὐλογητὸς γὰρ ὁ χαρισάμενος ὑμῖν ἀξίοις οὗσι τοιοῦτον ἐπίσκοπον κεκτηῖσθαι.

Comites
Onesimi,
Burrhum,
Crocum, et
cet. laudat.
Ut subjiciantur
Episcopi
Episcopo et
Presbyterio monet.

Β'. Περὶ δὲ τοῦ συνδούλου μου Βούρρου, τοῦ κατὰ Θεὸν διακόνου ὑμῶν ἐν πᾶσιν εὐλογημένου, εὐχομαι παραμεῖναι αὐτὸν εἰς τιμὴν ὑμῶν καὶ τοῦ ἐπισκόπου. Καὶ Κρόκος δὲ, ὁ Θεοῦ ἀξίος καὶ ὑμῶν, ὃν ἐξεμπλάριον τῆς ἀφ' ὑμῶν ἀγάπης ἀπέλαβον, κατὰ πάντα με ἀνέπαυσεν, ὡς καὶ αὐτὸν ὁ Πατὴρ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀναψύξει, ἅμα Ὀνησίμῳ, καὶ Βούρρῳ, καὶ Εὐπλῳ, καὶ Φρόντωνι, δι' ὧν πάντας ὑμᾶς κατὰ ἀγάπην εἶδον· ὀναίμην ὑμῶν διὰ παντὸς, εἴνπερ ἀξίος ὦ.

Apost. ad xiv Kal. Mart. exhibet *dilecto praeceptore nostro*, ac si *καθηγῆτη* scriptum fuisset pro *ἀδηγῆτῳ*.

1. ἐν σαρκὶ ἐπισκόπων.] Voces ἐν σαρκί, parum intellectas, Interpol. Syrus et Armenius non agnoscunt. Episcopus sensibus obnoxius, iudice Ignatio, vicem gerebat Episcopi coelestis et invisibilis, τοῦ ποιμένος καὶ ἐπισκόπου τῶν ψυχῶν. I Pet. ii 25. Eandem collationem habes Ep. ad Magn. § 3, τὸν ἐπίσκοπον τοῦτον τὸν βλεπόμενον . . . ἀλλὰ τὸν ἀόρατον.

2. Χριστὸν] Χριστὸν τὸν Κύριον ἡμῶν legisse videtur Syrus.

ib. καὶ πάντας ὑμᾶς αὐτῷ.] Forsitan αὐτοῦ. MARKLAND.

3. ὁμοιότητι] Curetonus, cum Interpolatore, ὁμοίωματι.

4. κεκτηῖσθαι.] Syr. et Armen. hanc vocem omittunt. *who hath given you such a Bishop as you deserve*, Curetonus.

5. Β'. Περὶ δὲ κ. τ. λ.] Totum

caput secundum deest in Versione Syriaca. Pius enim ille monachus, qui Versionem Syriacam elaboravit, omnia omisisse videtur, quae ipsi et usui suo ascetico minus congrua minusve necessaria putabat. Paraeneticos vero Epistolarum Ignatianarum locos, omnesque ad vitam bene instituendam exhortationes, sedulo collegit. Praeterea ad hoc caput conferas Rothium, *Anfänge der Christl. Kirche*, p. 491. HEFELIUS. Casu mihi videntur excidisse, quoniam exstant in Vers. Armen. quae in his etiam Syriacam originem prodit; atque quae sequuntur in Vers. Syr. 'ΑΛΛ' ἐπεὶ κ. τ. λ. [p. 282 l. 1] non bene cohaerent cum fine capitis i. PETERMAN.

ib. Βούρρου,] Male in Pseudo-Ignatio *Bίρρου*: male in Veteri Versione *Borro*. Burrhus est nomen Romanum satis vulgare; non autem *Birrus*, *Byrrus*, aut

incomparabilis est, vester autem in carne Episcopus : quem oro secundum Jesum Christum vos diligere, et omnes vos ipsi in similitudine esse. Benedictus enim qui tribuit vobis dignis existentibus talem Episcopum possidere.

II. De conservo autem meo Borro, secundum ^{Col. i 7.} Deum diacono nostro in omnibus benedicto, oro ^{iv 7.} permanere ipsum^g in honorem vestri et Episcopi. ^{g oro ipsum} Sed et Crocus, Deo dignus et vobis, quem exem- ^{μεταστασε} plarium ejus quae a vobis charitatis suscepi, secundum omnia me quiescere fecit ; ut et ipsum Pater Jesu Christi refrigeret, cum Onesimo, et Borro^h, et ^{h Borro} Euplo, et Frontone ; per quos vos omnes secundum ^{C. C.} charitatemⁱ vidi. Fruar vobis semper ; siquidem ^{i caritatem} ^{C. C.}

BORRUS. VOSSIUS. Vocem *σύνδουλον* de Ephra, ad Col. i 7, et de Tycheho, iv 7, usurpat D. Paulus.

7. παραμείναι αὐτὸν] Addit Interpolator ἄμωμον, absque ulla necessitate. SMITH. Μοx τοῦ ἐπισκόπου ὑμῶν τοῦ μακαριωτάτου.

10. ἀνέπανσεν,] Vox Paulina ; 1 Cor. xvi 18, Philem. 7 et 20.

11. ἀναψύξαι,] Sic Codd. [non ἀναψύξει, ut, cum Interpolatore, Voss. Cotel. Smith.] Neque aliter legit Vet. Int. dum vertit *refrigeret*. Hinc patet ἀναπαύειν et ἀναψύχειν idem fere significare apud Veteres : ἀναπαύειν a motu, ἀναψύχειν a calore et aestu, liberare. Dionysius Corinth. Ep. ad Rom. ap. Euseb. H. E. iv 23, ὄδε μὲν τὴν τῶν δεομένων πενίαν ἀναψύχοντας. Inde *refrigerium*, *refrigerare*, et *refrigerari* apud Latinos : primo de incarcerationis apud Tertullianum frequenter, et in Passione Perpetuae ; deinde de mortuis.

Hinc *aeternum refrigerium* apud Iren. iv xiv. [vi 5, p. 234 ed. Massuet.] PEARSON. Praestat Futurum, siquidem vaticinantis est. DRESSEL. In S. Barnabae Epist. § 15 Int. Vet. pro καταπανόμενος exhibet *refrigerans*, non *requiescens*. ib. § 16 legas, “sentit se *refrigerari*.” Cf. 11 Tim. i 16, ὅτι πολλάκις με ἀνέψυξε. Act. iii 19, καιροὶ ἀναψύξεως.

12. φρόντωνι,] Male ap. MS. φρόντωνι, ut mox ἀναίμην.

13. ὀναίμην ὑμῶν] Phrasin hanc Apostolicam, a D. Pauli Epist. ad Philem. ut videtur, desumptam, nomine Onesimi ibi quae immediate praeunte, saepius usurpat Ignatius. De liberis praecipue, rebusque carissimis aut personis usurpabant veteres Graeci, Euripides, Aristophanes, Synesius, uti docet Pearsonus, Vindie. ii 15, p. 203. Frequens est haec phrasin etiam apud Lucianum, e. g. Philo-

Πρέπον οὖν ἐστὶ κατὰ πάντα τρόπον δοξάζειν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν δοξάσαντα ὑμᾶς· ἵνα ἐν μιᾷ ὑποταγῇ ἦτε κατηρτισμένοι τῷ αὐτῷ νοῖ καὶ τῇ αὐτῇ γνώμῃ, καὶ τὸ αὐτὸ λέγητε πάντες περὶ τοῦ αὐτοῦ, ἵνα ὑποτασσόμενοι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ 5 κατὰ πάντα ἦτε ἡγιασμένοι.

Excusat libertatem hujus admonitionis.

Γ'. Οὐ διατάσσομαι ὑμῖν, ὡς ὧν τις. Εἰ γὰρ καὶ δέδεμαι ἐν τῷ ὀνόματι, οὐπω ἀπήρτισμαι ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ. Νῦν γὰρ ἀρχὴν ἔχω τοῦ μαθητεύεσθαι, καὶ προσλαλῶ ὑμῖν ὡς συνδιδασκαλίταις μου· ἐμὲ γὰρ 10 ἔδει ὑφ' ὑμῶν ὑπαλειφθῆναι πίστει, νουθεσίᾳ, ὑπο-

pseud. § 27, οὕτως ὀναίμην, ἔφη, ὡς ἀληθῆ πρὸς σε ἐρῶ. Cf. Soph. Oed. T. 644, μή νυν ὀναίμην. In Cod. Laur. legimus ὀναίμην, tum hic tum in Ep. ad Magn. § 12. Similis oscitantiae exemplum praebet Lucian. Dial. Mort. xxii, ubi librarij exhibent ὀναίμην, ἑοναίμην, et ὀνάμην.

3. ἦτε κατηρτισμένοι.] Illud ἦτε Vet. Int. non agnoscit; et videtur esse superfluum. PEARSON.

ib. τῷ αὐτῷ νοῖ—περὶ τοῦ αὐτοῦ,] Haec non agnoscit Vet. Int. et videntur esse assuta. Sic ergo scripsisse Ignatium puto, secundum Cod. quem vidit fidelissimus Interpres. ἵνα ἐν μιᾷ ὑποταγῇ κατηρτισμένοι, ὑποτασσόμενοι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ, ἦτε ἡγιασμένοι. PEARSON. Sic Hefelius, et Duesterdieckius, p. 90. Verbis Apostolicis, ab Armenio quoque omissis, cur memoriae suae infixis Ignatius, ad similem finem, non aequè uti potuerit, non vidit Dresselius.

4. τὸ αὐτὸ λέγητε] D. Paulus, ἵνα τὸ αὐτὸ λέγητε πάντες. Ep. I ad Cor. i 10.

5. ὑποτασσόμενοι] Ita, pro MSS. lectione, ἐπιτασσόμενοι, ex Interpolatore reponendum esse viderunt Salvinius, Smith, Frey, Galland, Hornem, Hefel. et Dresselius.

7. Οὐ διατάσσομαι] S. Barnabas, § 1, “Ego autem non “tanquam doctor, sed unus ex “vobis, demonstrabo pauca.”

ib. ὡς ὧν τις.] Interpol. τι, uti et Armenius. Et statim διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, pro ἐν τῷ ὀνόματι. Τὸ ὄνομα absolute positum habes infra § 7, et in Ep. ad Philad. § 10.

9. Νῦν γὰρ ἀρχὴν ἔχω τοῦ μαθητεύεσθαι,] Cf. Ep. ad Trall. § 5, ad Rom. § 5. Mirabatur singulare istud humilitatis exemplum Gildas Badonicus, ex Britannia nostra, qui anno 564 Epistolam scripsit de exordio Britanniae, dicens: ‘Christianus ‘non mediocris, sed perfectus, ‘Sacerdos non vilis, sed sum-

dignus existam. Decens igitur est secundum omnem modum glorificare Jesum Christum, qui glorificavit vos : ut in una subjectione perfecti, subjecti Episcopo et Presbyterio, secundum omnia sitis sanctificati. Heb. xiii
17.

III. Non dispono vobis, ut existens aliquis. Si enim et ligor in nomine Christiⁱ, nequaquam perfectus sum in Jesu Christo. Nunc autem principium habeo addiscendi ; et alloquor vos, ut doctores mei. Me enim oportuit a vobis suscipi, fide, admonitione, sustinentia, longanimitate. Sed quia

‘ mus, Martyr non segnis, sed
‘ praecepius, dixit : *Nunc incipio esse Christi discipulus.*
PEARSON. Vindic. i p. 14.

10. συνδιδασκαλίταις] Mira vox ; neque enim puto vocem simplicem διδασκαλίτης uspiam occurrere. Interpolator συνδούλοις. [όμοδούλοις.] An συνδιδασκαλίται, qui communem Magistrum et Doctorem habentes, scil. Paulum, immo et Johannem ? Ignatius enim Johannis discipulus fuit. PEARSON. Non ita premenda est forsitan haec loquendi ratio. Discipulum merum, et quidem rudem adhuc se profitetur B. Pater ; Christianos igitur Ephesios, tanquam sibi in Christi schola όμήλικας, suos συνδιδασκαλίτας appellat. Cf. infra § 12, Παύλου συμμύσται. Wakius, cum quo facit Ruchatus, *fellow-disciples*. Rothius, pag. 450, *mitschüler*. Grassius, infeliciter, *mes maîtres*. Van Gilsaesus quoque Int. Vet. sequitur, Dissert. p. 51, *condoctores*. Hefelius, *praeter Christum vos praeceptores mei estis*. Utrum Armenius intelligeret *cum condiscipulis*, an *cum*

condoctoribus, Petermannus in medio relinquere videtur.

11. υπαλειφθῆναι] Vet. Int. *suscipi*, quod est *υποληφθῆναι*. Interpolator [περι ύμῶν] *υπομνησθῆναι*, *commoneri*, ad sensum paullo propius. Junius legendum putat *υπολειφθῆναι*, *relinqui*, i. e. *vobis longe inferiorem esse*. Sed neque *εμε* *ζει*, neque *υφ’ ύμῶν*, talem interpretationem patitur. Nihil mutandum : lectio Cod. Medicei et emendata, et clara, et necessario recipienda, et conservanda est. Hic enim *υπαλειφθῆναι* est *ungi*, *excitari*, *instrui*, *ad certamen praeparari* ; et quidem a doctore seu magistro. Plutarchus in vita Periclis sic loquitur de Damone : τῷ δὲ Περικλεῖ συνῆν, καθάπερ ἀθλητῆ, τῶν πολιτικῶν ἀλείπτῃς καὶ διδάσκαλος. Sic Isidorus Pelus. iii Epist. 265. Suidas, ‘*Αλείπται*’ οἱ πρὸς τοὺς ἀγῶνας ἐπασκοῦντες. ‘*Ο Θεολόγος λέγει*’ ἀλείπται εἰς ἀρετῆν. Hic optimus Magister ostendit, quo modo Christianus instrui debet ad patiendum pro Christi nomine. *Quum igitur par erat, ut vos me admonere, impel-*

μονῇ, μακροθυμία. Ἄλλ' ἐπεὶ ἡ ἀγάπη οὐκ ἔα με
 σιωπᾶν περὶ ὑμῶν, διὰ τοῦτο προέλαβον παρακαλεῖν
 ὑμᾶς, ὅπως συντρέχητε τῇ γνώμῃ τοῦ Θεοῦ· καὶ
 γὰρ Ἰησοῦς Χριστὸς, τὸ ἀδιάκριτον ὑμῶν ζῆν, τοῦ
 Πατρὸς ἡ γνώμη, ὡς καὶ οἱ ἐπίσκοποι οἱ κατὰ τὰ 5
 πέρατα ὀρισθέντες † ἐν † Ἰησοῦ Χριστοῦ γνώμη
 εἰσίν.

Unitatem
 commen-
 dat, ut Pre-
 sbyterium
 Episcopo
 conjunga-
 tur, quem-

Δ'. Ὅθεν πρέπει ὑμῖν συντρέχειν τῇ τοῦ ἐπισκό-
 που γνώμῃ, ὅπερ καὶ ποιεῖτε. Τὸ γὰρ ἀξιονόμαστον
 ὑμῶν πρεσβυτέριον, τοῦ Θεοῦ ἄξιον, οὕτως συνήρμο- 10
 σται τῷ ἐπισκόπῳ, ὡς χορδαὶ κιθάρα. Διὰ τοῦτο ἐν

lere, invitare, instruere velletis.
 PEARSON. Armenius inter-
 pretatur ac si legisset παρ' ὑμῶν
 ἀπολαβεῖν πίστιν κ. τ. λ. PETER-
 MAN.

1. Ἄλλ' ἐπεὶ—τοῦ Θεοῦ] E
 capite tertio Syrus nil nisi hanc
 unicam sententiam in usus suos
 convertit, eamque cum fine
 capitis primi male conjunxit.
 Multo aptius haec sententia
 cum antecedentibus (vos prae-
 ceptores mei estis) cohaeret.
 HEFEL. Lacuna est in Vers.
 Syr. usque ad verba in init.
 § 8, ὅλοι ὄντες Θεοῦ.

2. προέλαβον παρακαλεῖν] Re-
 spexisse videtur B. Pater S.
 Paulum ad Philem. 8, 9, Διὸ
 πολλὴν ἐν Χριστῷ παρηρησίαν ἔχων
 ἐπιτάσσει σοὶ τὸ ἀνῆκον, διὰ τὴν
 ἀγάπην μᾶλλον παρακαλῶ.

3. ὅπως συντρέχητε] De sensu
 hujus loci conf. Uhlhorn. in
 Niedneri Zeitschrift für Histor.
 Theol. 1851, p. 34 sq. HEFEL.
 Curetonus, that ye be diligent
 in the will of God.

4. ἀδιάκριτον] Vet. Int. in-
 comparabile, ac si ἀσύγκριτον
 legisset. S. Jacobus, iii 17, de

sapientia quae de coelo est, hanc
 vocem usurpavit. Ipse Ignatius
 in initio Ep. ad Trall.
 etiam utitur: ubi Vet. Int. in-
 separabilem vertit; Vulgatus,
 sine dolo. In fine Ep. ad Magn.
 ἀδιάκριτον πνεῦμα, uterque reddit
 inseparabilem spiritum. An
 indubitabilem? Basil. ἀδιάκριτος
 πληροφορία. Huc pertinet illud,
 § 5, εαυτὸν διέκρινεν. PEARSON.
 Cf. Joh. xv 5, Coloss, iii 4.
 Sensus: plane in eo vivimus,
 et ipse in nobis. HEFEL. E
 Luciano affertur ἀδιάκριτον κατα-
 λιπὼν τὸν λόγον, Jup. Trag. § 25,
 disputationem relinquens non
 dijudicatam.

ib. ὑμῶν ζῆν.] Cum Int. Vet.
 stat Armenius.

ib. τοῦ Πατρὸς ἡ γνώμη,] γνώμη
 hic idem videtur esse cum τῷ
 λόγος. Quae phrasis quum
 paullo durior videretur Inter-
 polatori, illam molliendo, cor-
 ruptit sensum: καὶ γὰρ Ἰησοῦς
 Χριστὸς πάντα κατὰ γνώμην πράτ-
 τει τοῦ Πατρὸς. Quid si lega-
 mus τῇ γνώμῃ, hoc sensu?
 Christus Dei Patris voluntate
 et sententia Princeps Ecclesiae

charitas non sinit^j me silere pro vobis, propter hoc praecoccupavi rogare vos, ut concurratis sententiae Dei: etenim Jesus Christus, incomparabile nostrum vivere, Patris sententia, ut et ipsi secundum terrae fines determinati Jesu Christi sententia sunt.

IV. Unde deest vos concurrere Episcopi sententiae^k: quod et facitis. Digne nominabile enim^l vestrum Presbyterium, Deo dignum, sic concordatum est Episcopo, ut chordae citharae. Propter

ἁρισθεὶς sive *constitutus*, sicut et *Episcopi ipsius sententia*. SMITH. Conf. Joh. xiv 9, Matt. xi 27. HEFEL.

5. κατὰ τὰ πέρατα] forsitan τὴν χάριτα. Cf. Ep. ad Magn. § 2. [τῷ ἐπισκόπῳ ὡς χάριτι.] MARKLAND. Cf. Ep. ad Rom. § 6. Idem valere ac ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ docet Rothius, p. 472 n. 160. Dresselius confert Hermae Past. Sim. viii 3, 'Hac autem Lege Filius Dei praedicatus est in omnibus finibus orbis terrae.'

6. ἁρισθέντες] *Episcopi ex voluntate Christi ubique per omnes terrarum tractus stabiliti, quam nimirum Apostoli ab ipsius ore didicerunt*. Haec enim lectio non mihi sollicitanda videtur. Eadem occurrit in re prorsus eadem, in Inscriptione Ep. ad Philad. SMITH.

ib. τὴν Ἰησοῦ Χριστοῦ γνώμην] Doctissimus Hammondus [Dissert. ii pp. 113, 126] praepositionem ἐν vult deleri, et legi γνώμη, casu recto, [Cod. Med. nullibi exhibet ἰ subscript.] ut in priore parte hujus periochae, ad mentem quoque Vet. Int. quasi ab illius Cod. illa particula omnino abfuisset. Haec

turpi negligentia omittens Interpolator, alia diversi argumenti stupide et prorsus ἀπροσδιόσως substituit. SMITH. Apud Vet. Int. pro ipsi lege *Episcopi*; est enim abbreviatio. Cf. Ep. ad Philad. § 3, ad Smyrn. § 8. Sensus loci, ad Rothii mentem, pp. 471-478, ita exhibet Hefelius: Qui in sententia episcopi est, i. e. unitus ei, etiam unitus est Christo; et qui unitus est Christo, etiam unitus est Patri.

8. Δ'. Ὅθεν κ. τ. λ.] Caput hoc totum deest in Vers. Syriaca; non in Armen. quae Epistolam nostram integram continet. HEFEL.

9. ὅπερ καὶ ποιεῖτε.] καὶ omisit Salvinus in apographo ejus, quod imprimendum curavit Aldrichius. σοφισθέντες ὑπὸ τοῦ Πνεύματος, subjicit Interpolator.

ib. ἀξιόνομαστον] Ita recte Cod. Laur. non ἀξιόνομαστον, quod apud Aldrich. legimus

11. ὡς χορδαὶ κιθάρα.] Eadem similitudine utitur etiam in Ep. ad Philad. [§ 1, ad Rom. § 2] de Episcopo ipsorum verba faciens. USSER. Frequens acceptumque est veteribus Christianis symbolum citharae chor-

^j *charitas non sinit*

^k *sententiae Episcopi*

^l *Digne eam nominabile*

¹ *C. C.*

² *C. C.*

³ *C. C.*

⁴ *C. C.*

⁵ *C. C.*

⁶ *C. C.*

⁷ *C. C.*

⁸ *C. C.*

⁹ *C. C.*

admodum
citharae
chordae.

τῆ ὁμοιοῖα ὑμῶν καὶ συμφώνῳ ἀγάπῃ Ἰησοῦς Χρισ-
τὸς ἄδεται. Καὶ οἱ κατ' ἄνδρα δὲ χορὸς γίνεσθε,
ἵνα σύμφωνοι ὄντες ἐν ὁμοιοῖα, χρῶμα Θεοῦ λαβόν-
τες ἐν ἐνότῃ, ἄδητε ἐν φωνῇ μιᾷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ
τῷ Πατρὶ, ἵνα ὑμῶν καὶ ἀκούσῃ, καὶ ἐπιγινώσκων δι' 5
ᾧ ἐν πρᾶσσετε, μέλη ὄντας τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ. Χρή-
σιμον οὖν ἐστὶν ὑμᾶς ἐν ἀμώμῳ ἐνότῃ εἶναι, ἵνα καὶ
Θεοῦ πάντοτε μετέχητε.

Hujus uni-
tatis laus
et utilitas.

Ε'. Εἰ γὰρ ἐγὼ ἐν μικρῷ χρόνῳ τοιαύτην συνή- 10
θειαν ἔσχον πρὸς τὸν ἐπίσκοπον ὑμῶν, οὐκ ἀνθρω-
πίνην οὔσαν ἀλλὰ πνευματικὴν, πόσῳ μᾶλλον ὑμᾶς
μακαρίζω, τοὺς ἐνκεκραμένους οὕτως, ὡς ἡ ἐκκλησία
Ἰησοῦ Χριστῷ, καὶ ὡς Ἰησοῦς Χριστὸς τῷ Πατρὶ,
ἵνα πάντα ἐν ἐνότῃ σύμφωνα ᾦ! Μηδεὶς πλανά-
σθω· ἐὰν μή τις ᾦ ἐντὸς τοῦ θυσιαστηρίου, ὑστερεῖται 15

dis intentae, maxime in gem-
mis. Cf. Clem. Alex. Paedag.
iii 11. DRESSEL.

1. συμφώνῳ ἀγάπῃ] Vide
Orig. in Matth. 204 C. [ed.
Huet. tom. iii p. 441 ed. Be-
ned.] PEARSON.

2. ἄδεται.] Euseb. in Vita
Constantini, I § 13, de Con-
stantio, ejus patre, loquens,
μυρίων δὲ καὶ ἄλλων τοῦ ἀνδρὸς
ἀρετῶν παρὰ τοῖς πᾶσιν ἀδομένων.
Chrysostom. de Babyla Antio-
cheno Martyre agens, Οὐ γάρ
ἐστὶν ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς οἰκουμένη οὐ
χώρα, οὐκ ἔθνος, οὐ πόλις, ἐνθα
ταῦτα οὐκ ἄδεται τὰ παράδοξα.
[Opp. ii p. 538 ed. Bened.]
PEARSON.

ib. γίνεσθε,] Modo Imperativo
accipit Cotelerius. *Ja auch
einzeln möget ihr alle einen
Chor bilden.* Wocherus.

3. χρῶμα Θεοῦ] Interpolator
pro χρῶμα substituit συνάφειαν.

Vet. Int. reddidit *melos*. He-
sychius, χρῶμα· παρὰ τοῖς μου-
σικοῖς χοροῖα. PEARSON. E-
undem sensum habet χρῶμα
apud Athenaeum, xiv 9, tom. v
p. 314 ed. Schweighauser.

4. ἄδητε] In MSS. ἄδετε, ut
ad finem sectionis μετέχετε.
Illud retinet, hoc autem cor-
rigit Vossius.

5. ἐπιγινώσκων] Legendum
videtur ἐπιγνώσκη δι' ὧν, quod
e conjectura margini adseripsit
Salvinus. Ultima hujus vocis
syllaba librario fraudi fuisse
pluribus modis videtur. Ille
enim, ab homoioteleuto de-
ceptus, δι' ὧν. Pessime, sicut
ex Int. Vet. quidem est mani-
festum. Cotelerius vertit, *et
agnoscat ex iis quae operamini,
membra esse vos Filii ipsius*.
Armenius legisse videtur ἐπιγ-
νώσκη δι' ὧν.

6. μέλη] Ludere videtur in

hoc in consensu vestro et consona charitate Jesus Christus canitur. Sed et singuli chorus facti estis : ut consoni existentes in consensu, melos Dei accipientes in unitate, cantetis in voce una per Jesum Christum Patri ; ut et vos audiat, et cognoscat per quem bonum operamini, membra existentes Filii ipsius^m. Utile igitur est vos inⁿ immaculata unitate esse ; ut et Deo semper participetis.

V. Si enim ego in parvo tempore talem consuetudinem tenui ad^o Episcopum vestrum, non humanam existentem sed spirituales : quanto magis vos beatifico, conjunctos sic ut Ecclesia Jesu Christo, et ut Jesus Christus Patri, ut omnia in unitate consona sint ! Nullus erret : si quis non sit intra

^m *Filius ejus. C. C.*

ⁿ *est vos esse in &c. C. C.*

^o *tenui ad desunt C. C.*

duplici significatione vocis μέλη, quae et *membra*, et *modos*, seu *cantica* significat. MARKLAND. Lusus quidam verborum, ni fallor, latet etiam in εὖ πράσσετε, tum hoc in loco, tum in Ep. ad Smyrn. § 11 ad finem.

ib. ὄντας] Legendum esse ὄντες monet Vossius, qui paullo ante, ex incuria proculdubio, ἐπράσσετε habet.

9. Ε'. Εἰ γὰρ κ. τ. λ.] Caput quintum non agnoscit Syrus.

10. οὐκ ἀνθρωπίνην] Non qualem homines saeculo addicti inter se familiari sermone de rebus variis solent exercere. SMITH.

12. ἐνκεκραμένους] Quasi *immixtos et simul adunatos*. Sed comparationes hujusmodi, quae sequuntur, non sunt ad rigorem literae exigendae. SMITH. In Cod. MSto legimus ἐνκεκραμένους, non ἐγκεκραμένους sicuti Libb. impr. Vide supra ad Clem. Rom. p. 86 l. 6. Inter-

pol. habet τοὺς ἀνακεκραμένους αὐτῷ, qui *pendetis ad eum*. αὐτῷ subaudiendum esse monet Rothius, pp. 450, 467 ; ex Armenio reponit Petermannus.

13. ὡς Ἰησοῦς Χριστὸς] ὡς praetermisit Vossius, et post eum Cotel. Clericus, Smithus, Russel. Hornemannus.

15. τοῦ θυσιαστηρίου.] Maestraeus ex hoc loco elicit, in Ecclesia ad verum Deo sacrificium offerendum altaria semper fuisse constituta. Et id etiam ex eo probat, quia in eo panis vitae, h. e. Eucharistiae, fiat mentio. Male ista omnia. Falsum enim in Ecclesia semper altaria fuisse. Patet id ex Gentilium exprobrationibus, qui inter alia id crimini ducebant Christianis, quod aras non haberent. Id quod Christiani non diffitebantur, sed legitime fieri dicebant. Orig. c. Cels. viii. [§ 17, tom. i p. 755 ed. Ben.] Min. Felix in Octav. [§ 32] Arnob. adv. Gentil. vi. [et vii.]

τοῦ ἄρτου τοῦ Θεοῦ. Εἰ γὰρ ἐνὸς καὶ δευτέρου προσευχῆ τοσαύτην ἰσχὺν ἔχει, πόσω μᾶλλον ἢ τε τοῦ ἐπισκόπου καὶ πάσης τῆς ἐκκλησίας! Ὁ οὖν μὴ ἐρχόμενος ἐπὶ τὸ αὐτὸ, οὗτος ἤδη ὑπερηφανεῖ, καὶ ἐαυτὸν διέκρινεν· γέγραπται γὰρ, “ὑπερηφάνοις ὁ 5
“Θεὸς ἀντιτάσσεται.” Σπουδάσωμεν οὖν μὴ ἀντιτάσσεσθαι τῷ ἐπισκόπῳ, ἵνα ὦμεν Θεοῦ ὑποτασσομένοι.

Episcopus
ut Christus
ipse respi-
ciendus.

§. Καὶ ὅσον βλέπει τις σιγῶντα ἐπίσκοπον, πλειόνως αὐτὸν φοβείσθω· πάντα γὰρ ὃν πέμπει ὁ 10

Ignatium autem non intelligere per vocem altaris proprie sic dictum *altare*, sed *Ecclesiam*, patet ex contextu ipso. Nam cum dixisset eum qui sit extra altare privari pane Dei, subjungit rationem, quia scilicet maximi valoris sit precatio unita Ecclesiae totius cum Episcopo. Ubi non solum de altari loquitur, sed et de sacrificio quod in altari offertur, quod quidem est precatio. VEDELIUS. ἐντὸς θυσιαστηρίου εἶναι significat *unitatis* potissimam partem, τὸ συντρέχειν τῇ ἐπισκόπου γνώμῃ . . . ἐγκεκραμένους εἶναι ἐπισκόπῳ, sic illi ut capiti concorporari, ut precum Ecclesiasticarum particeps fiat; cui hic opponitur ὑστερεῖσθαι τοῦ ἄρτου τοῦ Θεοῦ, ab isto singulorum Christianorum officio, quod in eo ponitur ut omnes *unus panis, unum corpus* fiamus, deficere. HAMMOND. c. Blondell. p. 68. Ex his verbis patet Ignatium per *θυσιαστήριον* intelligere Ecclesiam vel personas regimini ejus praefectas. De proprio enim altari ista nequeunt explicari, intra cujus

limites populus olim non fuit admissus, nec si admissus fuisset, *καθαρότητα* istam, de qua loquitur Ignatius, [ad Trall. § 7,] eo ipso actu externo fuisset nactus. Nec insueta est apud Patres haec *θυσιαστηρίου* nomenclatio, quum Ecclesiam denotat. Ita enim Clem. Alex. Strom. vii p. 715, ἐστὶ τὸ παρ' ἡμῶν θυσιαστήριον ἐνταῦθα τὸ ἐπίγειον, τὸ ἄθροισμα τῶν ταῖς εὐχαῖς ἀνακειμένων, μίαν ὡσπερ ἔχον φωνὴν τὴν κοινὴν καὶ μίαν γνώμην. Scilicet Ecclesia est illud *θυσιαστήριον* ἔμφυχον, quod Chrysostomus Hom. xiii in Joh. [pp. 76, 77 tom. viii ed. Ben.] vocat, et in quo offerri ait *εὐχαριστίαν καὶ αἶνον Θεῷ καὶ συνεχεῖς εὐχάς*. Non tamen id negatum volumus, Ignatium alibi per *θυσιαστήριον* intellectam velle τὴν *τραπέζαν τὴν ἁγίαν*. Ita enim § 7 Ep. ad Magn. πάντες οὖν ὡς εἰς ναὸν συντρέχετε Θεοῦ, ὡς ἐπὶ ἐν θυσιαστήριον, quae tamen ipsa quoque valde metaphoram sapiunt. PFAFFIUS, ad Fragm. Irenaei, p. 267. Conf. Cyprian. Ep. 40.

ib. ὑστερεῖται] Irenaeus, IV

altare, privatur pane Dei^p. Si enim unius et alterius oratio tantam vim habet, quanto magis illa quae Episcopi et omnis Ecclesiae! Qui igitur non venit in idem, hic jam superbit et seipsum condemnavit^s. Scriptum est enim: *Superbis Deus resistit*. Festinemus igitur non resistere Episcopo, ut simus Deo subjecti.

VI. Et quantum videt quis tacentem Episcopum, plus ipsum timeat; omnem enim quem mittit dominus domus in propriam dispensationem, sic

^v *panc Dei privatur*
C. C.
^{Jac. v 16.}
^{Matt. xviii 19.}
^q *ergo C. C.*
^r *sic C. C.*
^s *condemnat.* C. C.
^{Prov. iii 34.}
^{Jac. iv 6.}
^t *Pet. v 5.*
^t *ergo C. C.*
^u *quum C. C.*
^{Matt. x 40.}
^{Joh. v 23.}

lxxiii, [38, 1, p. 283 ed. Mas-suet.] *ὑπερεῖσθαι τοῦ πεποηκότος, minora esse eo qui fecerit. ὑπεροῦνται τοῦ τελείου, deficiunt a perfecto.* PEARSON. Codd. MSS*ti* *ὑπερέιτε*, sicut in fine sectionis *ἀντιτάσσεσθε*.

2. ἡ τε τοῦ] Articulum ab enclitico discretum, cum Smitho, dedi. Vossius, ἦτε, qui statim articulum τῆς ante ἐκκλησίας omisit. Nonne melius esset ἡ τοῦ τε ἐπισκόπου?

3. πάσης τῆς ἐκκλησίας!] Totius Ecclesiae sub Episcopo suo congregatae. Vid. Pearson. Vindic. ii p. 118. Libb. impr. plerique cum Vossio πάσης ἐκκλησίας.

4. ἐπὶ τὸ αὐτὸ,] Hanc phrasin habes infra § 13, in Ep. ad Magn. § 7, ad Philad. § 10. Vide supra Clem. Rom. Ep. I § 34, p. 126 l. 1, atque ibi notata.

6. ἀντιτάσσεται—οὐδὲν μὴ] Haec verba, in textu Cod. Casanateni praetermissa, margini adseripsit manus secunda. Antonius in Melissa, II iii 173, hunc locum laudat sic *Σπουδάσατε μὴ . . . ἵνα ἦτε . . .* DRESSEL.

7. Θεοῦ ὑποτασσόμενοι.] Salvini conjecturam Θεῶ in contextum admisit Hefelius in editione secunda.

9. ε'. Καὶ ὅσον κ. τ. λ.] Caput sextum in Versione Syriaca non legitur.

ib. Καὶ ὅσον] Vossius, Cotel. et Ruchat. cum Interpol. ὅσῳ, *Et quanto quis taciturniorem viderit Episcopum.* Apud Interpolatorem, necnon apud Antonii Melissam, II 3, legimus καὶ ὅσῳ βλέπετε σιγῶντα ἐπίσκοπον, πλείον αὐτὸν φοβείσθε. Armenius legisse videtur ὅταν. Cureton. inter Excerpt. p. 232, *Because the more any one seeth the Bishop silent.*

ib. σιγῶντα ἐπίσκοπον,] Ob dignitatem venerabilis est Episcopus, etiam dum minus loquitur et imperat. Vide quae habet infra § 15, et in Ep. ad Philad. in initio. SMITH. *Kistius, wenn der Bischof sich weniger geltend mache.* Rothius intelligit, *non punientem auctoritatis suae contemptores*, coll. § 15, et Ep. ad Philad. § 1; *silentio suo improbantem*, DRESSEL.

οικοδεσπότης εἰς ἰδίαν οἰκονομίαν, οὕτως δεῖ ἡμᾶς αὐτὸν δέχεσθαι, ὡς αὐτὸν τὸν πέμψαντα. Τὸν οὖν ἐπίσκοπον δῆλον ὅτι ὡς αὐτὸν τὸν Κύριον δεῖ προσβλέπειν. Αὐτὸς μὲν οὖν Ὁνήσιμος ὑπερεπαινεῖ ὑμῶν τὴν ἐν Θεῷ εὐταξίαν, ὅτι πάντες κατὰ ἀλήθειαν 5 ζῆτε, καὶ ὅτι ἐν ὑμῖν οὐδεμία αἴρεσις κατοικεῖ· ἀλλ' οὐδὲ ἀκούετε τινος πλέον ἢπερ Ἰησοῦ Χριστοῦ λαλοῦντος ἐν ἀληθείᾳ.

Haereticos acriter insectatur, et verum magistrum Dominum Jesum illis ab utraque natura depingit.

Ζ'. Εἰώθασι γάρ τινες δόλῳ πονηρῶ τὸ ὄνομα περιφέρειν, ἀλλὰ τινα πράσσοντες ἀνάξια Θεοῦ, οὓς 10 δεῖ ὑμᾶς ὡς θηρία ἐκκλίνειν· εἰσὶν γὰρ κύνες λυσσῶντες, λαθροδῆκται, οὓς δεῖ ὑμᾶς φυλάσσεσθαι, ὄντας δυσθεραπεύτους. Εἰς ἰατρός ἐστιν, σαρκικός τε καὶ πνευματικός, γεννητὸς καὶ ἀγέννητος, ἐν σαρκὶ

2. Τὸν οὖν ἐπίσκοπον κ. τ. λ.] Ergo Episcopus auctoritatem habet a Christo, utpote ipsius οἰκονόμος. PEARSON. Pro προσβλέπειν in MSS. legitur προβλέπειν: atque ita hunc locum citat Antonius in Melissa.

7. ἢπερ] In MSS. εἴπερ, Librarii η et ει permutare gaudebant. Apud Interpol. . . τινος, ἢ μόνου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ ποιμένος καὶ διδασκάλου.

9. Εἰώθασι] Damascenus, cap. de Haereticis, [Sac. Parall. ii 772 ed. Le Quien.] tamquam ex Ignatii Ep. ad Ephes. τοὺς μερισμοὺς φεύγετε, ὡς ἀρχὴν κακῶν· εἰώθασί τινες, &c. in quibus scribitur ἀλλὰ τινα πράσσοντες. Priora tamen sunt Ep. ad Smyrn. § 7. COTEL. Totum hoc caput septimum, e quo verba quaedam citat Athanasius, non agnoscit Int. Syrus.

ib. τὸ ὄνομα] Vel Christi, vel

Christianorum, (vid. Ep. ad Philad. § 10) utpote nomine tenus Christiani, et Pseudo-Christiani: quales erant Ebonitae et Gnostici. Τῶν ψευδαδέλφων, καὶ τῶν ἐν ἰποκρίσει φερόντων τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου, Polycarpus ad Philipp. [§ 6.] SMITH. Cf. Hermas, Past. III ix 13, 'Quicumque ergo *nomen Filii Dei portat.*' ibid. 14, 'qui ex totis praecordiis *portant nomen ejus.*' ibid. 28, 'dignos vos habet Dominus, ut *nomen ejus feratis.*' Cf. supra p. 280 l. 8, ἐν τῷ ὀνοματι, et infra p. 300 l. 7, περιφέρω.

10. ἀλλὰ τινα] *Alia quaedam.* Int. Vet. legebat ἀλλὰ τινα, uti in Cod. Casan. Melius, ut vidit Marklandus, Cod. Laur. quem ad modum profecto legitur apud Interpolatorem, et Johan. Damasc. uti in not. 9 supra docet Cotelerius.

oportet nos ipsum recipere, ut ipsum mittentem. Episcopum igitur manifestum quoniam^x ut ipsum^x quia C. C. Dominum oportet respicere. Ipse igitur quidem^y quidem deest C. C. Onesimus superlaudat vestram divinam ordinationem^z: quoniam^a omnes secundum veritatem vivitis, superordinationem C. C. et quoniam^b in vobis neque una^c haeresis habitat; quia C. C. sed neque auditis aliquem amplius quam Jesum quia C. C. Christum loquentem in veritate. una deest C. C.

VII. Consueverunt enim quidam dolo malo nomen circumferre, sed quaedam operantes indigna Deo: quos oportet vos ut bestias declinare. Sunt enim canes rabidi, latenter mordentes: quos oportet vos observare, existentes difficile curabiles^d. Unus medicus est, carnalis et spiritualis, genitus et ingenitus, sanabilis. C. C.

ib. οὗς—ἐκκλίνειν.] Alia constructione, sensu autem eodem, D. Paulus ad Rom. xvi 17, καὶ ἐκκλίνετε ἀπ' αὐτῶν.

11. ὡς θηρία] Cf. Ep. ad Smyrn. § 4, τῶν θηρίων τῶν ἀνθρωπομόρφων, ad Philad. § 2, λύκοι ἀξιοπίστοι.

13. δυσθεραπεύτους.] h. e. summo in periculo atque aeternae salutis suae discrimine. Nulla est hominibus salus, nisi per unicum animarum Medicum, Christum, Deum et hominem, Deum inter hominemque Mediatorem; at isti huiusmodi Medicum et Mediatorem nullum agnoscunt, nullum volunt; itaque plane deplorata est ipsorum salus, nisi sc. ab haeresi sua tandem serio respiscant, ac Deum Filium pro sua salute incarnatum atque hominem factum amplectantur, atque omni obsequio venerentur. BULL. Interpol. ἀνίατα γὰρ νοσοῦσιν, quasi incurabilis esset morbus

ille, ut ex antiquis aliqui putarunt. Sed aliud ἀθεράπευτος, incurabilis, insanabilis; aliud δυσθεράπευτος. PEARSON. Ad Bulli mentem haec explicanda putat Rothius, *Anfänge*, p. 767. Cf. Ep. ad Smyrn. § 4, ὅπερ δύσκολον. Τούτου δὲ ἔχει ἐξουσίαν Ἰησοῦς Χριστός.

ib. Εἰς ἰατρός] Haec verba usque ad cap. finem e tribus locis affert Curetonus inter Excerpta varia e S. Patt. p. 249. Ab Interpolatoris manu irrepsisse suspicatur Langius, utpote quae disertius quam pro Ignatii aetate de Divina Christi natura explicant. *Beiträge zur ältesten K. G.* ii 142. Arndtius vera ac germana esse contendit. Cf. Moehleri Athanasius, i 68 et 24.

14. γεννητός καὶ ἀγέννητος.] Usum modo promiscuum, modo distinctum γενητοῦ et γεννήτου, itemque ἀγενήτου et ἀγεννητοῦ observarunt recentiori memoria

γενόμενος Θεός, ἐν † ἀθανάτῳ † ζωῇ ἀληθινῇ, καὶ ἐκ Μαρίας καὶ ἐκ Θεοῦ, πρῶτον παθητὸς καὶ τότε ἀπαθής.

Commen-
dat Ephe-

Ἡ. Μὴ οὖν τις ὑμᾶς ἐξαπατάτω, ὥσπερ οὐδὲ

complures. Quos ante Tertul-
lianus scripserat, § 4 de Anima ;
' Consequens est, ut ex Dei
' flatu animam professi, initium
' ei deputemus. Hoc Plato
' excludit, innatam et infectam
' animam volens : et natam
' autem docemus et factam, ex
' initii constitutione. Nec sta-
' tim erravimus, utrumque di-
' centes ; quia scilicet aliud sit
' natum, aliud factum, utpote
' illud animalibus competens.'
&c. Et Johannes Damascenus
in Libris Orthodoxae Fidei γε-
νητόν explicat κτιστόν, ἀγένητον
ἄκτιστον, γεννητόν γεννηθέν, ἀγέν-
ητον . μὴ γεννηθέν. Accessit
huc ad majorem confusionem
audacia librariorum, insectia.
supinitas. Quibus factum est,
ut saepissime nesciamus scrip-
serintne Auctores per unum v,
an per duo. Exempli gratia
hic, posuisse quidem Ignatium
antiquo more γεννητός καὶ ἀγέν-
ητος, pro γενητός καὶ ἀγένητος,
factus et non factus, seu creatus
et increatus, arbitramur, adducti
auctoritate MSti Florentini,
itemque Interpretis, Interpolato-
ris, ac Theodoretī : [Dial. i,
Opp. iv P. i p. 9 ed. Schulze.]
hoc tamen omni ex parte non
liquet. Plures enim Codices
Athanasii [de Synodis Arim. et
Seleuc. n. 47. tom. i part. 2,
p. 761 ed. Bened.] in citatione
loci istius habent γενητός et
ἀγένητος ; atque ita videtur

legisse Gelasius, [De Duabus
Naturis. Bibl. PP. Paris. tom.
iv part. 1 p. 423,] dum vertit
factus et non factus, quamvis
potuerit ad eum modum ex
sensu reddere. Quae res unde
fluxerit lectio Theodoretī minus
bona, γενητός ἐξ ἀγενήτου. Sic
habeto : ignarus aliquis veteris
acceptionis ἀγενήτου pro in-
creato, cum non valeret con-
coquere Filium dici ingenuitum,
Ignatii textum corrigendum sibi
censuit. Eademque laboravit
imperitia Interpolator, nisi erro.
Caeterum propter hunc locum
aliosque multos, ab Hierony-
mo affirmatur Ignatius adversus
Ebionem stylum acuisse. CO-
TEL. Smithus post Vossium
exhibet γενητός καὶ ἀγένητος,
quem modum scribendi Water-
landus, in 2^{da} Def. Qu. 8, con-
tendit usitatum fuisse tempore
S. Ignatii, alterum autem
postea excogitatum ad Patrem
et Filium discernendum. Γενη-
τός et ἀγένητος invenies apud
Epiphani. Haer. lxiv 19, tom. i
p. 543 ed. Petav. In omnia
abeunt Edd. sed instar omnium
sunt verba Bulli, Def. Fid. Nic.
II ii 6, ' Merito γενητός καὶ
' ἀγένητος factus et non factus
' cum Gelasio interpretamur ;
' siquidem sensus id efflagitat,
' et notissimum est a Graecis
' voces γενητός et γενητός pro-
' miscue usurpari ; quamquam
' Ecclesiastici fere scriptores

in carne factus Deus, in immortalī vita vera, et ex Maria et ex Deo, primo passibilis et tunc impassibilis, Dominus Christus noster.

VIII. Non igitur quis vos seducat : quemadmo-
 Eph. v 6.
 2 Thess. ii
 3.

‘ Catholici, praesertim qui post
 ‘ tertium saeculum vixerunt,
 ‘ easdem in quaestione de Filii
 ‘ Divinitate accuratius distinx-
 ‘ erint.’ Cf. Suicer. in vocibus
 ἀγένητος et γενητός : Burtonum
 nostrum τὸν μακαρίτην, in libro
 inscripto, *Testimonies of the*
Ante-Nicene Fathers to the
Divinity of Christ. pp. 26,
 27, et Routh. Rel. Sac. ii p.
 108.

ib. ἐν σαρκὶ γεν. Θεός,] Athanasius, Theodoretus, et Gelasius habent ἐν ἀνθρώπῳ Θεός, quod in idem recidit. BULL. l. c. Contra Docetas haec esse dicta monet Lueckius, *Comm. über die Schriften Johannes*, iii 70.

1. ἐν ἁθανάτω] MS. Laur. habet ἐν ἀθανάτω ζωῇ ἀληθινῇ (sic : i nullo subscripto.) Legendum autem esse ἐν θανάτῳ ζωῇ ἀληθινῇ viderunt Edd. et Intt. omnes, consentientibus Athanasio, Theodoro, et Gelasio, *Fragm. Syr. ap. Cureton.* p. 249, et sensu omnino exigente. Bull. Def. Fid. Nic. II ii 6. Sic etiam in libro de Carne Christi, Tertullianus videtur Ignatii verba vertisse. ‘ Ita
 ‘ utriusque substantiae census,
 ‘ hominem et Deum exhibuit ;
 ‘ hinc natum, inde non natum ;
 ‘ hinc carneum, inde spiritu-
 ‘ alem ; hinc infirmum, inde
 ‘ praefortem ; hinc morientem,
 ‘ inde viventem.’ § 5. Cf. omnino Def. Fid. Nic. II vii 3, et viii 3. Dresselius, Cod. Casan.

sequens, exhibet, ἀθάνατος ἐν ζωῇ ἀληθινῇ.

2. παθητός] καὶ παθητὴν τοῦ μονογενοῦς τὴν θείαν φύσιν. Concil. Chalced. Defn. Fid. apud Routh. Script. Eccles. Opusc. p. 424 l. 8.

ib. τότε ἀπαθής.] Christus post resurrectionem nullis infirmitatibus, aegritudinibus, affectibusque, quos antea subierat, jam futurus obnoxius. SMITH. Cf. Ep. ad Polyc. § 3. Hefel. et Dresselius subnectunt verba Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Κύριος ἡμῶν, quae in versionibus suis Wakkus, Chevall. et Woehers exprimunt ; quae agnoscent *Fragm. Syr. ap. Cureton.* p. 249, et Armenius ; quae Vossius jubet nos post ἀπαθής adde-
 dere ex Theodoro, Gelasio, et veteri Versione. Interpolator exhibet ὁ ἀπαθής ἐν παθητῷ σώματι.

4. Μὴ οὖν — ὄντες Θεοῦ.] Initium hujus capituli Syrus omisit ; et ea, quae sequuntur, immediate cum unica illa sententia quam e cap. 3 mutuatus est, conjunxit. HEFEL. Ignatius § 6 traditum sibi esse dicit, inter Ephesios non esse haereticos ; quo facto, § 7 eos commonefacit rectae Christologiae, eosque monet ne seducantur, quia si lites, sc. de doctrina, inter eos non sint, secundum Deum viverent. Nonne Textus Graecus Syriaco longè concinnior ? MERX.

sios a cura
salutis,

ἐξαπατᾶσθε, ὅλοι ὄντες Θεοῦ. Ὅταν γὰρ μηδεμία ἔρις ἐνείρισται ἐν ὑμῖν, ἢ δυναμένη ὑμᾶς βασανίσει, ἄρα κατὰ Θεὸν ζῆτε. Περίφημα ὑμῶν καὶ ἀγνίζωμαι ὑμῶν Ἐφεσίων ἐκκλησίας τῆς διαβολῆτου τοῖς αἰῶσιν.

Οἱ σαρκικοὶ τὰ πνευματικὰ πράσσειν οὐ δύνανται, 5 οὐδὲ οἱ πνευματικοὶ τὰ σαρκικά· ὥσπερ οὐδὲ ἡ πίστις τὰ τῆς ἀπιστίας, οὐδὲ ἡ ἀπιστία τὰ τῆς πίστεως.

Ἄ δὲ καὶ κατὰ σάρκα πράσσετε, ταῦτα πνευματικὰ ἐστίν· ἐν Ἰησοῦ γὰρ Χριστῷ πάντα πράσσετε.

et quod fal-

θ'. Ἐγνων δὲ παροδεύσαντάς τινας ἐκείθεν, ἔχον- 10

1. ἐξαπατᾶσθε,] Non necesse est opinari Int. Vet. legisse ἐξαπατήσεσθε, quia exhibet *seducemini*. Infra legimus *Peripsima* pro *Peripsema*.

2. ἔρις ἐνείρισται] Aliam prorsus lectionem secuti sunt Syr. et Armen. ? ἐπιθυμία ἐνεργίζωται. Vid. Merx. p. 42. Bunsenius, ad Rom. vii 5 respiciens, e conjectura dedit *ἐνηργῆται*.

ib. βασανίσει,] Wocherus, *der euch erproben kann*. Int. Vet. sequuntur caeteri. Interpol. δυναμένη ὑμᾶς ῥυπᾶναι καὶ βάσανον ἐπαγαγεῖν.

3. Περίφημα] Sensus est, *Ego sum minimus et a vobis repurgandus, vos estis magni et spirituales*. Bunsenius, *Hippolytus und seine Zeit*, ii p. xiv sq. legendum conjicit, Περίφημα ὑμῶν καὶ ἀγνισμα ὑμῶν, i. e. *omne malum projicientes, fortiores et sanctiores efficiimini*. Syr. et Armen. vocabulum περίφημα male intelligentes, vertunt, *Gaudeo in vobis et supplico pro vobis*. HEFEL. Lipsius, approbante Merxio, censet Syrum in mente habuisse verba B. Pauli

ad Phil. i 4, μετα χαρᾶς τὴν δέησιν ποιούμενος. Hesych. περίφημα· περικατάμαγμα, ἀντίλυτρα, ἀντίψυχα, ἢ ὑπὸ τὰ ἰχνη πάντων. Cf. § 18. I Cor. iv 13, ὡς περικαθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν, πάντων περίφημα ἕως ἄρτι. et S. Barnabae Ep. § 6, Ἐγὼ περίφημα τῆς ἀγάπης ὑμῶν. Aliter ap. Interpol. legimus, nec tamen ita ut plus lucis huic loco adferatur, περίφημα δὲ ὑμῶν, καὶ τῆς ἀγνωστάτης Ἐφεσίων ἐκκλησίας τῆς διαβολῆτου καὶ πολυμνήτου τοῖς αἰῶσιν, ἐκβάλλετε. Cf. Dionysium Alex. a Pearsono, Vind. ii 208, indicatum: Καὶ πολλοὶ νοσοκομήσαντες καὶ ῥώσαντες ἐτέρους ἐτελεύτησαν αὐτοὶ, τὸν ἐκείνων θάνατον εἰς ἑαυτοὺς μετασθησάμενοι, καὶ τὸ δημῶδες ῥῆμα, μόνως αἰεὶ δοκοῦν φιλοφροσύνης ἔχεσθαι, ἔργῳ δὲ τότε πληροῦντες, ἀπίοντες αὐτῶν περίφημα. Cotelerius vertit, *Purgamentum vestri sum, et piaculum efficiar pro vestra Ephesiorum ecclesia &c.* Wocherus, *Gegen euch bin ich (wie) ein Auswurf, und muss erst gesühnet werden durch eure für alle Zeiten berühmte Ge-*

dum neque seducemini, toti existentes Dei. Quum enim neque una lis complexa est in vobis, potens vos torquere, tunc secundum Deum vivitis. Peripsima vestri et castificer a vestra Ephesiorum Ecclesia, famosa in seculis. Carnales spiritualia operari non possunt, neque spirituales carnalia : quemadmodum neque fides quae infidelitatis, neque infidelitas quae fidelitatis et fidei. Quae autem et secundum carnem operata sunt, haec spiritualia sunt ; in Jesu enim Christo omnia operata sunt.

IX. Cognovi autem transeuntes quosdam inde,

meinde. Ruchatus ex Interpol. et Int. Vet. hanc lectionem conflavit, *περίψημα ὑμῶν ἐκβάλλετε, καὶ ἀγνίζηται ὑμῶν Ἐφεσίων ἐκκλησία.* Post *Περίψημα ὑμῶν* Arndtius subaudit *ἐγώ εἰμι*, sicut et Ep. ad Rom. § 4, post *ἀπελεύθερος Ἰησοῦ.*

ib. *ἀγνίζομαι*] Librarii *ἀγνίζομαι* ex Int. Vet. corrigendum esse jam viderant Cotelier. et Smithus. Codex enim Caiensis revera exhibet *castificer*, uti e conjectura Pearsonus pro *castificetur* legebatur. Vossius mallet, *καὶ ἄγνισμα ὑμῶν.*

4. *ὑμῶν*] Adde *ὑφ'*, quod incuria librarii deletum puto. HEFELIUS.

ib. *διαβολῆτου*] Cf. Clem. Rom. § 1, *τὸ σεμνὸν καὶ περιβόητον.* § 47, *τῆς περιβόητου φιλαδελφίας.* Aldrichius ex operarum incuria, *formosa in seculis.* Curetonus, p. 229, *a church renowned in all ages.*

5. Οἱ σαρκικοί—σαρκικά] Citatur haec Ignatii sententia a Jo. Damasceno, in Parallel. iii 66. USSER. Citatur etiam ab Antioch. Homil. 112 *περὶ ἀποταγῆς.*

8. *πράσσετε,*] Ita Cod. Laur. et Interpolator ; non *πράσσεται*, uti legit Int. Vet., apud quem, Marklandum si audias, restitues *facitis* pro *operata sunt.* Curetonus, *For those things which ye have done in the flesh.*

10. Ἐργῶν δέ] Ex hoc capite Syrus nil nisi verba *ἡτοιμασμένοι—ἀναφέρουσα εἰς Θεόν* in suam versionem transtulit, eaque cum fine cap. 8 conjunxit. [*πάντα πράσσετε, ἡτοιμασμένοι εἰς*] Arcetius vero *ἡτοιμασμένοι κ. τ. λ.* cum verbis proxime antecedentibus *ὡς ὄντες λίθοι* cohaerent. HEFELIUS.

ib. *παροδύσαντας—ἐκέιθεν,*] An ex Oriente? Minime : sed per Ephesinam urbem transeuntes, vel in Orientem, vel etiam Smyrnam venientes. PEARSON. Cum aliis Bunsenius, *Ignatius und seine Zeit*, p. 38, intelligit a Smyrna, ubi scilicet vigeat Docetarum Haeresis. Baurius, contra, *Ignat. Briefe*, p. 29, *ab Epheso*, quemadmodum intellexisse videtur Interpolator, qui pro *ἐκέιθεν* exhibet *δι' ὑμῶν.* At § 6 legimus *ἐν ὑμῖν οὐδεμία αἵρεσις κατοικεῖ.* Vox

sis doctori-
bus aures
occluserint.

τας κακὴν διδασχὴν· οὐδ' οὐκ εἰάσατε σπείραι εἰς ὑμᾶς,
βύσαντες τὰ ὄτια, εἰς τὸ μὴ παραδέξασθαι τὰ σπει-
ρόμενα ὑπ' αὐτῶν, ὡς ὄντες λίθοι ναοῦ Πατρὸς, ἡτοι-
μασμένοι εἰς οἰκοδομὴν Θεοῦ Πατρὸς, ἀναφερόμενοι
εἰς τὰ ὕψη διὰ τῆς μηχανῆς Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅς ἐστιν ὁ
σταυρὸς, σχοινίῳ χρώμενοι τῷ Πνεύματι τῷ Ἁγίῳ· ἡ
δὲ πίστις ὑμῶν ἀναγωγεὺς ὑμῶν, ἡ δὲ ἀγάπη ὁδὸς ἡ

ἐκείθεν apud Interpol. et Armen.
non legitur.

1. σπείραι] Aldrichius male
σπείρειν. Interpolator e Matt.
xiii 25. σπείραι τὰ ζιζάνια.

2. βύσαντες τὰ ὄτια,] In Ep.
ad Trall. [§ 9] uno verbo, viz.
κοφώθητε, utitur. Vult igitur
Christianos aures suas obturare
contra haereticos, quod Judaei
facere solebant contra blasphem.
Act. vii 57. Irenaeus, III
iv, [2, p. 178 ed. Massuet.]
de sermone barbaris hominibus,
sed Christianis vere institutis :
' Quibus si aliquis annunciave-
' rit ea quae ab haereticis adin-
' venta sunt, statim *concludentes*
' *aures*, longo longius fugient,
' ne audire quidem sustinentes
' blasphemum colloquium.' po-
tius, *occludentes*. Petrus Epi-
scopus Alex. ap. Theodoret.
H. E. iv 22, καὶ γὰρ μόνον τὶς
τῶν εὐφρονούντων ταύτας ἀκούσας
ἔβουσε τὰς ἀκοάς. PEARSON.

3. ὡς ὄντες λίθοι] Objicitur
Metaphorae novitas, necnon
absurditas. De primo, mira
sane vis est, exigere in qualibet
similitudine geminam. Ecce
ad manum (nam stultum esset
quaerere) aliquatenus similia
Hippolyti verba, Gudianaedit.
p. 87, κλίμαξ ἐν ἐκκλησίᾳ εἰς ὕψος
ἀνάγουσα ἐπὶ τὸ κέρας, εἰκὼν ση-

μείου πάθους Χριστοῦ, ἔλκουσα
τοὺς πιστοὺς εἰς ἀνάβασιν οὐρα-
νῶν : et Methodii ap. Gretse-
rum de S. Cruce, p. 1669,
μηχανὴ δι' ἧς οἱ εἰς τὴν οἰκοδομὴν
εἰθετοῦντες τῆς ἐκκλησίας, κάτωθεν
λίθου τετραγώνου δίκην ἀνέλκονται
ἐναρμοσθησόμενοι τῷ θεῷ λόγῳ.
Absurdi vero quid ? si Deus
Pater sanctos homines quasi
lapides divini templi dicatur
sustollere per crucem Christi
tamquam per machinam, et per
Spiritus Sanctum veluti per
funem, subvectionem adjuvante
fide, cum charitate. Nec omit-
tam monere, B. Ignatium scri-
bentem ad Ephesios praeclare
alludere ad locum Paulinae Epi-
stolae iisdem missae, ii 19, &c.
Denique quod dicitur hic de fide
et charitate, laudatur a Dama-
sceno inedito, cap. περὶ πίστεως
καὶ εὐσεβείας εἰς Θεόν. COTEL.
Vocem λίθοι Syrus omisit, ita ut
apud eum imago sit plane tur-
bida. MERX. Locum paral-
lelum ei B. Pauli habet S. Petrus
in Ep. prima ii 5. Quam autem
metaphoram Apostoli indicant
potius quam exprimunt, eam
Ignatius, stylo isti vitiosiori
postea a Scriptoribus Ecclesi-
asticis saepissime usurpato mo-
rem gerens, usque ad nauseam
amplificat.

habentes malam doctrinam. Quos non dimisistis seminare in vos : obstruentes aures, ad non recipere seminata ab ipsis : ut existentes lapides templi Patris, parati in aedificatione Dei Patris, relati in excelsa per machinam Jesu Christi, quae est crux, fune utentes Spiritu Sancto. Fides autem vestra dux vester, charitas vero via referens in Deum.

ib. Πατρός, ἡτοιμασμένοι] Cod. Laur. *πρὸς ἡτοιμασμένοι.* forsitan *προητοιμασμένοι.* MARKLAND. Moehlerus, Athanasius p. 23, *d. h. wir werden des Vaters theilhaft durch das Leiden seines Sohnes, vermittelt das Wirkungen des heiligen Geistes in uns.*

5. ὅς ἐστιν σταυρός,] Libb. imp. ὁ ἐστιν σταυρός. Librarius noster, Ep. ad Trall. § 8, exhibet *πίστει ὅς . . . ἀγάπη ὁ*, § 11, *ἔνωσιν . . . ὅς.* ad Magn. § 5, *νομίσματα δύο, ὁ μὲν, ὁ δέ.* In Ep. ad Rom. § 7 Codd. Parisiensis exhibent *ἄρτον ζωῆς ὁ ἐστιν σάργξ.* De relativo sicposito ut genus ejus et numerus cum sequentibus congruat, Cf. Winer. *Grammatik des Neutestam. Sprachidioms.* p. 143 ed. tert. et Poppon. Proleg. in Thucyd. i p. 105. Vide infra ad init. § 18.

6. σχοινίῳ——'Αγίῳ'] Has voces Armeniis non agnoscit. Versio Syriaca ap. Cureton. *and ye are drawn by the rope which is the Holy Ghost, and your pulley is your Faith, and your Love is the way that leadeth up on high to God.*

7. ἀναγωγέως] Vet. Int. *duavester*, perperam. 'Αγωγέως, ἀγωγός aliquando id significat ; sed hoc loco non potest. Simi-

litudines hae non placent ; sed tales viri et sanctissimi et doctissimi persecuti sunt ; et fortasse hoc ipso loco impulsus, et exemplo viri maximi inducti, id fecerunt. Locum sugillat Blondellus, quod idem Spiritum S. vocat *σχοινίον*, quo *ἀναγωγέως* utitur. Sed, ut recte observavit Vossius, male *hominem* interpretatus est, quum *trochlean* significet. Hesych. 'Αγωγέως' ὁ ἰμάς, et illud Homericum, *σύν δ' ἤειρεν ἰμάσιν*, exponit *συνέδησε δὲ τοὺς ἀγωγέως τῶν ἵππων.* Apud Pollucem numerantur inter instrumenta ad equos pertinentia, *ἀγωγέως, σειραγωγέως, et ῥυταγωγέως.* Onomast. Vet. *Habena, ἡνία, ἀγωγέως.* Alii, *Ductorium, ἀγωγέως.* Ita apud Xenophontem. [de Re Equest. § 6, 5, § 8, 3.] PEARSON. Ab Apollodoro in Poliorceticis, et ab aliis, semper ea vox accipitur pro trochlea, vel pro eo foramine per quod transit et ambulat funis. VOSSIUS. Alio sensu Proclus Lycius, Hymn. in Solem, 33–35.

ἀλλὰ θεῶν πανάριστε, πυριστεφίς,
ὄλβιε δαίμον,
εἰκῶν παγγενέταο Θεοῦ, ψυχῶν ἀ-
ναγωγέῳ,
κέκλυθι, καὶ με κήθρον ἁμαρτᾶδος
αἰὲν ἀπάσης.

Brunck. Analect. ii p. 442.

ἀναφέρουσα εἰς Θεόν. Ἔστὲ οὖν καὶ σύνοδοι πάντες, Θεοφόροι καὶ ναοφόροι, Χριστοφόροι, ἀγιοφόροι, κατὰ πάντα κεκοσμημένοι ἐντολαῖς Ἰησοῦ Χριστοῦ· οἷς καὶ ἀγαλλιῶμαι ὅτι ἤξιώθην, δι' ὧν γράφω, προσομιλῆσαι ὑμῖν, καὶ συγχαρῆναι, ὅτι κατ' ἄλλον 5 βίον οὐδὲν ἀγαπάτε, εἰ μὴ μόνον τὸν Θεόν.

Seduloque pro aliis orent; quomodoque erga extraneos se gerere debent, docet.

Γ'. Καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων δὲ ἀνθρώπων ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε· ἔστιν γὰρ ἐν αὐτοῖς ἐλπίς μετανοίας, ἵνα Θεοῦ τύχωσιν. Ἐπιτρέψατε οὖν αὐτοῖς καὶ ἐκ τῶν ἔργων ὑμῖν μαθητευθῆναι· πρὸς τὰς ὀργὰς αὐ- 10

1. Ἔστὲ οὖν κ. τ. λ.] Haec usque ad finem hujus capituli ap. Syrum desunt, qui hanc sententiam ideo omisisse videtur, quippe quae ipsi minus fuerit perspicua. HEFELIUS.

1. σύνοδοι] Hesych. Σύνοδος· συνοδοιπόρος. Idem φωλητήρια καὶ φωλεαί· τῶν θιάσων καὶ συνόδων οἶκοι. Gloss. Σύνοδος, ὁ συνοδεύων, comes. Unde συνοδία. Iren. III iv, [3. p. 179 ed. Massuet.] καὶ ἀφιστάμενος τῆς τῶν ἀδελφῶν συνοδίας. Cf. S. Luc. ii 44. *Dilectio, inquit, via est, ducens ad Deum. Vos igitur in ea via comites estis, ferentes Deum et Christum*, quasi solenni pompa tendentes ad ipsum Deum. In talibus enim sacris processionibus erant multi, qui ferebant sacra quaedam vasa, vel alia. PEARSON. Conf. *πάροδος ἔστε . . . infra § 12.*

2. Θεοφόροι καὶ ναοφόροι,] Intelligendum istud, non de materiato templo, sed de spiritali, quod in pectoribus nostris erigere debemus. VOSSIUS. Frequenter occurrunt in scriptis Patrum voces Θεοφόρος et

Χριστοφόρος. Duae vero aliae ejusdem creberrimae apud Graecos compositionis, ναοφόρος et ἀγιοφόρος, eandem habent significationem. Christum enim Deum Scripturae *Sanctum* appellant; eumque templum esse Dei ostenditur a Martyre Cypriano, Testim. i 15; quamquam ἀγιοφόροι explicari potest de hominibus sanctitatem ferentibus ac possidentibus; et ναοφόροι de illis qui templum Dei gerunt, ipsique sunt. Ab Antiocho, Hom. i, Ignatiana verba paululum immutata usurpantur. Ὁ τοιοῦτος γίνεται Θεοφόρος, ἤγουν Χριστοφόρος, καὶ ναὸς Θεοῦ, καὶ ἀγιοδρόμος, (malim ἀγιοδόμος, ut respondeat ad ἀγιοφόρος) κατὰ (sic duo veteres libri) πάντα κεκοσμημένος ἐν ταῖς ἐντολαῖς Ἰησοῦ Χριστοῦ. COTEL. Quaerit Junius an non legendum sit θεοφόροι, ἀνθρωποφόροι, πνευματοφόροι, ἀγιοφόροι; i. e. Χριστὸν τὸν θεάνθρωπον, καὶ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον ἐν ταῖς καρδίαις φέροντες. Quum enim, inquit, per contractionem in MSS. maxime familiarem scriberetur ἀνοφόροι, librarius

Estis igitur^c conviatores, Deiferi, et templiferi, et Christiferi, sanctiferi, secundum omnia ornamti in mandatis Jesu Christi : quibus et exsultans^{*} dignificatus sum per quae scribo alloqui vobis, et congratulare, quoniam^d secundum aliam vitam nihil diligitis nisi solum Deum.

X. Sed et pro aliis hominibus indesinenter Deum oratis. Est enim in ipsis spes poenitentiae, ut Deo potiantur. Monete igitur ipsos, saltem ex operibus a vobis erudiri. Ad iras ipsorum vos

fortasse per incitiam vel festinationem, levi metathesi, substituit *ναοφόροι*. USSER.

ib. *Χριστοφόροι*.] Cf. Gal. ii. 20, *ζη δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός*. Phileas ap. Euseb. H. E. viii 10, *οἱ Χριστοφόροι μάρτυρες*. Cyrill. Hieros. Catech. Myst. iv, p. 532, *οὕτω γὰρ καὶ Χριστοφόροι γινόμεθα, τοῦ σώματος αὐτοῦ καὶ τοῦ αἵματος εἰς τὰ ἡμέτερα διαδιδόμενου μέλη*. Ab Interpol. D. Paulus *Χριστοφόρος* appellatur, Ep. ad Eph. § 7, et ab Athanasio non semel, uti docet Suicerus in voce. Cf. Epiphani. Haer. viii. Opp. i p. 16 ed. Petav. *ὁ Πνευματόφορος καὶ ἅγιος τοῦ Θεοῦ ἀπόστολος Παῦλος*.

3. *κεκοσμημένοι*] *Auf legitime Weise versammelt*. Cf. Ep. ad Magn. § 4, *κατ' ἐπιτολήν συναθροίεσθαι*. HILGENFELD.

5. *κατ' ἄλλον βίον*] *secundum vitam hanc Christianam, quae alia est a naturali*. SMITH. Forsitan *καθ' ὄλον βίον*. MARKLAND. Ruchat. *par rapport à une autre vie*. Marklandi conjecturam admisit Bunsenius.

7. *ὑπὲρ τῶν ἄλλων*] Preces pro nondum conversis. PEARSON. ib. *ἀδιαλείπτως*] Vox Paulina.

Rom. i 9, I Thess. i 2, ii 13, v 17, quam non agnoscunt Syrus et Armenius; uti neque adjectivum *ἀδιαλείπτως* Ep. ad Polyc. § 1, ap. Cureton. pp. 3, 266.

8. *προσεύχεσθε*] Cotel. et Ruchat. sequuntur Int. Vet. Rectius Hefelius, Wakius, Chevall. et Woherus, imperativum esse putant.

9. *ἵνα Θεοῦ τύχωσιν*.] *that they may be worthy of God*. Cureton.

ib. *Ἐπιτρέψατε*] Interpol. *Ἐπιστρέψατε οὖν αὐτοὺς μαθητευθῆναι ἡμῖν*. Vet. Vulgat. *Convertimini ergo ad doctrinam*. Cureton. *By your works rather let them be instructed*.

ib. *κὰν ἐκ τῶν ἔργων*] Praeclare haec dicta sunt, ut doceant gentes, si non doctrina, saltem exemplo. PEARSON. Cf. S. Matt. v 16.

10. *πρὸς τὰς ὀργάς*] Syrus hoc loco est corruptus. Graecus enim quinque exhibet membra parallela. Syro desunt verba *πρὸς τὰς ὀργάς*, ita ut ad verbum *μεγαλορρημοσύνας* duo adjectiva sint referenda, *πραεῖς* et *ταπεινόφρονες*, quo facto ordo turbatur. MERX. Hunc locum, quem

^c ergo et C. C.

^{*} Doesse videtur quod.

^d quia C. C.

ⁱ Thess. v 17.

ⁱ Tim. ii 1.

τῶν ὑμεῖς πραεῖς, πρὸς τὰς μεγαλορρημοσύνας αὐτῶν ὑμεῖς ταπεινόφρονες, πρὸς τὰς βλασφημίας αὐτῶν ὑμεῖς τὰς προσευχὰς, πρὸς τὴν πλάνην αὐτῶν ὑμεῖς ἐδραῖοι τῇ πίστει, πρὸς τὸ ἄγριον αὐτῶν ὑμεῖς ἡμεροὶ· μὴ σπουδάζοντες ἀντιμιμήσασθαι αὐτούς. 5
 Ἄδελφοὶ αὐτῶν εὐρεθῶμεν τῇ ἐπεικειᾷ· μιμηταὶ δὲ τοῦ Κυρίου σπουδάζωμεν εἶναι· τίς πλέον ἀδικηθῆ, τίς ἀποστερηθῆ, τίς ἀθετηθῆ; ἵνα μὴ τοῦ διαβόλου βοτάνη τις εὐρεθῆ ἐν ὑμῖν· ἀλλ' ἐν πάσῃ ἀγνείᾳ καὶ σωφροσύνῃ μένητε, ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, σαρκικῶς καὶ 10 πνευματικῶς.

respexisse videtur Antiochus, Hom. 116, Περὶ τοῦ ἀδικεῖσθαι καὶ μὴ ἀδικεῖν, ita exprimit Versio Curetoniana. *Against their harsh words be ye conciliatory in meekness of mind and gentleness. Against their blasphemies do ye pray, and against their error be ye armed with faith, and against their fierceness be ye peaceful and quiet.*

1. μεγαλορρημοσύνας] In Codd. μεγαλορρημοσύνας, cum ρ simpliciter. Vide supra pp. 32 l. 8, 78 l. 2, et 100 l. 7. Promissa gloriosa a Gnosticis facta respicere videtur.

3. ὑμεῖς τὰς προσευχὰς,] Deest quippiam ad absolvendam syntaxin. Interpol. ἀντιτάξατε, quod non inconcinnum videtur. SMITH. τάσσετε, Lipsius, p. 142.

ib. τὴν πλάνην] *seductionem, deceptionem*, uti in Eph. iv 14, II Thess. ii 11. Cf. πλανῆσαι Ep. ad Philad. § 7.

4. ἐδραῖοι τῇ πίστει,] Cf. Col. i 23, τῇ πίστει τεθεμελιωμένοι καὶ ἐδραῖοι, I Cor. xv 58, . . . ἐδραῖοι

γίνεσθε, ἀμετακίνητοι, et infra ad Polyc. § 3.

5. μὴ σπουδάζοντες—αὐτούς.] *and be ye not astounded by them*, Curetonus, qui Syrum in mente I S. Johan. iii 13 habuisse suspicatur. Hefelius, Uhlhornium sequens, aliter hunc locum interpungit, Μὴ σπουδάζοντες ἀντιμιμήσασθαι αὐτούς, ἀδελφοὶ αὐτῶν εὐρεθῶμεν, κ. τ. λ.

6. Ἄδελφοὶ] Ita Cod. Laur. non ἀδελφοὶ, quod e Salvinio dedit Aldrichius.

ib. Ἄδελφοὶ—εὐρεθῶμεν] Haec verba non agnoscit Syrus qui τῇ ἐπεικειᾷ post σπουδάζωμεν εἶναι apponit. Armenius vertit ac si legisset ἀλλὰ στήκετε ἐν ἐπεικειᾷ.

7. τοῦ Κυρίου] Int. Vet. Θεοῦ legebat. Interpol. μιμησόμεθα τὸν Κύριον.

ib. τίς πλέον κ. τ. λ.] Lege et distingue . . . εἶναι, (τίς πλέον ἡδικήθη; τίς ἀπεστερήθη; τίς ἠθετήθη;) ἵνα μὴ κ. τ. λ. MARKLAND. *Quis majorem injuriam passus est unquam, quam ipse Christus passus fuerit? quis magis destitutus, aut ma-*

mansueti, ad magniloquia eorum vos humilia sapientes: ad blasphemias ipsorum vos orationes, ad errorem ipsorum vos firmi fide, ad agreste ipsorum vos mansueti^e. Non festinantes imitari^e ipsos; fratres ipsorum inveniamur in mansuetudine: imitatores autem Dei studeamus esse. Quis plus injustum patiatur, quis fraudetur, quis contemnatur? Ut non Diaboli herba quis inveniat in vobis; sed in omni castitate et temperantia maneatis, in Jesu Christo, carnaliter et spiritualiter.

^e mansueti non festinantes. Imitari ipsos &c. C. C.

1 Cor. vi 7.

Heb. xii 15.

Matt. xiii 38.

jori ludibrio et contemptu exceptus? Ita Smithus, qui cum Marklando haec verba, usque ad ἀθετηθῆ, lunulis includi oportere putat. Pearsonus locum corruptum esse opinatur, et sic restituit, οὐ τίς πλέον ἀδικηθῆ κ. τ. λ. interrogative; quam correctionem accepit Bunsenius. Interpol. sententiam ita explicat; εἰάν τις πλέον ἀδικηθείς, πλείονα ὑπομείνη, οὗτος μακάριος· εἰάν τις ἀποστερηθῆ, εἰάν τις ἀθετηθῆ διὰ τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου, οὗτος ὄντως Χριστοῦ ἐστί. Ruchat, veritit, *Que chacun souffre de plus en plus des injustices, qu'il se laisse faire tort, qu'il endure le mépris, afin que nul d'entre vous ne soit trouvé être l'herbe du Diable.* Curetoni interpretationem vix intelligo, and [emulous] as to who shall be injured, and oppressed, and defrauded more than the rest. In Codd. τίς revera habet acutum, non τίς, uti in libb. imp. legitimus; et librarii exaraverunt ἀδικηθεῖ, ἀποστερηθεῖ, ἀθετηθεῖ, vocali η et diphthongo ει hic ut saepius alibi permutatis. In

Ep. ad Polyc. § 6 contrario errore, συναθλήτε pro συναθλείτε. Hefelius exhibet (τίς πλέον ἀδικηθείς, τίς ἀποστερηθείς, τίς ἀθετηθείς;) ἵνα κ. τ. λ.

8. ἀθετηθῆ;] Syrus omnia post hanc vocem usque ad Οὐ γὰρ νῦν ἐπαγγελίας, p. 306 l. 10, praetermittit.

9. βοτάνη] Malus affectus, aut mala doctrina, quam Diabolus suorum mentibus inserere solet. Hac metaphora ex frequenti usu S. Ignatium mire delectari quis negaverit? Vide Ep. ad Philad. § 3 et ad Trall. § 6, ubi seipsum clarius explicat: ἀλλοτρίας δὲ βοτάνης ἀπέχεσθαι, ἥτις ἐστὶν αἵρεσις, eodem plane sensu, quo impia illa et blasphema dogmata nuncupat κακὰς παραφυσάδας, § 11. SMITH.

1b. ἀγνεία καὶ σωφροσύνη] Clem. Rom. i 58, ἀγνείαν καὶ σωφροσύνην. D. Paulus ad Tim. I ii 15, ἀγασμῶ μετὰ σωφροσύνης. Cf. Polyc. ad Phil. § 4.

10. μέντε,] Ita legendum esse ostendunt contextus et Int. Vet. In MSS. ubi nihil frequentius quam ε pro η positum, μένετε.

Dei timo-
rem incul-
cans, ut
pro se
orent petit.

ΙΑ'. Ἐσχατοὶ καιροί· λοιπὸν αἰσχυρθώμεν, φο-
βηθώμεν τὴν μακροθυμίαν τοῦ Θεοῦ, ἵνα μὴ ἡμῖν εἰς
κρίμα γένηται. Ἡ γὰρ τὴν μέλλουσαν ὀργὴν φοβη-
θώμεν, ἢ τὴν ἐνεστῶσαν χάριν ἀγαπήσωμεν, ἐν τῶν
δύο· μόνον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ εὐρεθῆναι, εἰς τὸ ἀλη- 5
θινὸν ζῆν. Χωρὶς τούτου μηδὲν ὑμῖν προπέτω, ἐν ᾧ
τὰ δεσμὰ περιφέρω, τοὺς πνευματικοὺς μαργαρίτας,
ἐν οἷς γένοιτό μοι ἀναστῆναι, τῇ προσευχῇ ὑμῶν, ἣς

ib. σαρκικῶς καὶ πνευματικῶς.]
Quid aliud his verbis dixit,
quam quod S. Paulus, II Cor.
vii 1? PEARSON. Extrema
capitis verba de Eucharistia in-
telligi vult amanuensis Codicis
Casanatensis. DRESSSEL.

1. Ἐσχατοὶ καιροί· λοιπὸν] Ita
interpungendum esse vidit Smi-
thus; melius, ut mihi quidem
videtur; pressius certe ad nor-
mam D. Pauli in Ep. I ad Cor.
vii 29, quam si secundum distin-
ctionem caeterorum Edd.
Hefel. et Dresselio exceptis,
legas, qui Int. Vet. secuti colon
post λοιπὸν ponunt, quemadmo-
dum Interpol. quoque, ἔσχατοὶ
καιροί λοιπὸν εἰσιν αἰσχυρθώμεν.
Cui interpunctioni sane adver-
satur Jo. Damascenus, Sac.
Parall. ἔσχατοὶ καιροί, ἀδελφοί,
λοιπὸν αἰσχυρθώμεν ii 177 ed.
Le Quien. Λοιπὸν pro τὸ λοι-
πὸν positum habes in Ep. ad
Smyrn. § 9, et in Ep. Circ. de
S. Polycarpi Mart. § 9. Cf.
I Cor. i 16, λοιπὸν οὐκ οἶδα.
II xiii 11, λοιπὸν, ἀδελφοί, χαίρετε.
I Thess. iv 1, II Tim. iv 8. De
caetero legas ap. Herm. Past.
I iii 13, III ix 11. Vide sis
Fischerum in Anacreon. p. 6.
Phavorinus, λοιπὸν τὸ ἐπίλοιπον,

καὶ ἀπὸ τοῦ διὰ τούτο· καὶ ἀπὸ τοῦ
νῦν. λοιπὸν non agnoscit
Armenius. Sententiam quod
adinet, cf. Ep. ad Magn. § 5,
Ἐπεὶ οὖν τέλος τὰ πράγματα ἔχει
κ. τ. λ.

2. ἵνα μὴ ἡμῖν] Ita Cod. MS.
ὑμῖν Aldrich.

4. χάριν] Male hic Pseudo-
Ignatius, χαράν. VOSS.

ib. ἀγαπήσωμεν,] Aldrichius
ἀγαπήσομεν.

ib. ἐν τῶν δύο·] Quae verba
omittuntur ab Interpol. Si
interponatur particula ὡς post
μόνον, sensus erit facilis: *Aut
hoc aut illud solum agamus,
ut in Jesu Christo inveniamur.*
SMITH. Apud Damascenum, ii
177 ed. Le Quien. ἢ τὴν ἐνεστῶ-
σαν χάριν ἀγαπήσωμεν ἐν τῷ νῦν
βίῳ, μόνον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ εὐρε-
θώμεν. Ap. Interpol. legimus,
ἢ τὴν ἐνεστῶσαν χαράν. . . βίῳ·
ἔστω δὲ ἡ ἐνεστῶσα χαρὰ καὶ ἡ
ἀληθινή, τὸ μόνον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ
εὐρεθῆναι, εἰς τὸ ἀληθινῶς ζῆν.

6. ᾧ τὰ δεσμὰ] τῷ, MSS. lec-
tionem, plane ex incuria vel in-
scitia profectam, tacite correxit
Vossius, quem Edd. posteriores
secuti sunt.

7. περιφέρω,] Sensu praeg-
nanti intelligit Arndtius, magni-

XI. *Extrema tempora de cetero. Verecunde-*
mur^f *et timeamus longanimitatem Dei; ut non*
nobis in iudicium fiat. Vel enim futuram iram
timeamus, vel praesentem gratiam diligamus.
Unum duorum solum in Christo Jesu invenitur^{*},
in verum vivere. Sine ipso nihil vos deceat: in
quo vincula circumfero, spirituales margaritas;
in quibus fiat mihi resurgere, oratione vestra.
Qua fiat mihi semper participem esse: ut in

1 Joh. ii 18.
 2 Tim. iii 1.
 Verecunde
 dicitur C.C.

* f. invenitur.

fice et hilariter ostento, quem-
admodum § 7, Magn. § 1, Trall.
§ 12. Cf. II Cor. iv 10.

ib. *πνευματικούς]* Πνευματικόν
 accipitur pro *sacro et sancto*,
 non tantum apud S. Patres, sed
 et apud Apostolum. VOSSIUS.
 Ep. sec. ad calcem Vindic.
 Pearsoni.

ib. *μαργαρίτας,*] Polycarpus,
 initio Epist. *ἐνελημμένους τοῖς*
ἀγομπρέπει δεσμοῖς, ἀπὶ ἐστὶ
διαδήματα τῶν ἀληθῶς ὑπὸ Θεοῦ
καὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν ἐκλελεγμένων.
 Cyrilianus, Ep. 77, [ed. Pamel.
 76, ed. Fell. 87,] ‘Dicatis Deo
 ‘hominibus, et fidem suam re-
 ‘ligiosa virtute testantibus, or-
 ‘namenta sunt ista, non vincula;
 ‘nec Christianorum pedes ad
 ‘infamiam copulant, sed clari-
 ‘ficant ad coronam.’ Eusebius,
 H. E. v 1, *ὥστε καὶ τὰ δεσμὰ*
κόσμον εὐπρεπῆ περιεῖσθαι αὐτοῖς,
ὡς νύμφη κεκοσμημένη ἐν κροσσω-
τοῖς χρυσοῖς πεποικιλμένοις. Et a
 Chrysostomo, lib. de S. Ba-
 byla, circa medium, [Opp. ii
 p. 554 ed. Ben.] refertur Mar-
 tyrem illum cum catenis vo-
 luisse sepeliri, ut ostenderet eas
 honorificas esse et splendidas;
 exemplo Pauli Apostoli, qui
 sursum ac deorsum, stigmata,
 vincula, catenam, gloriabundus

versat. Denique Victoris Vi-
 tentis verba sunt, lib. v de
 Persecutione Africana, paullo
 ante finem; ‘Eductisque illis
 ‘de custodia, multitudo populi
 ‘Dei bellatores Trinitatis, quasi
 ‘agnos innocuos ad victimam,
 ‘deducebat: et rigentium pon-
 ‘dera catenarum quasi quae-
 ‘dam monilia pervidebat; quia
 ‘non fuerunt illa vincula, sed
 ‘ornamenta.’ COTEL.

8. *ἐν οἷς γένοιτό]* Arndtius
 conferri jubet August. Civ. Dei
 xxii 19, ‘Nescio quo autem
 modo sic afficimur amore
 ‘Martyrum beatorum, ut veli-
 ‘mus in illo regno in eorum
 ‘corpore videre vulnere cicat-
 ‘trices, quae pro Christi no-
 ‘mine pertulerunt: et fortasse
 ‘videbimus.’ Locum a Vossio
 jam antea indicatum in Epist.
 sec. ad Rivetum.

ib. *ἀναστῆναι,*] Exponi potest,
 vel *erectum stare*, uti conversum
 est ab Usserio, vel *discedere*,
cogi ad migrandum, everti; quo
 sensu accepisse videtur Inter-
 polator, quum *ἀναστῆναι* mutavit
 in *τελειωθῆναι*, vel *resurgere*;
 idque tum resurrectione a lapsu
 peccati, tum resurrectione jus-
 torum vitae, et prima, quem-
 admodum loquuntur S. Scrip-

γένειτό μοι ἀεὶ μέτοχον εἶναι, ἵνα ἐνὶ κλήρω Ἐφεσίων εὐρεθῶ τῶν Χριστιανῶν, οἱ καὶ τοῖς ἀποστόλοις πάντοτε συνήμεσαν ἐν δυνάμει Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Ecclesiae
Ephesiae
laudes com-
memorat.

IB'. Οἶδα τίς εἰμι, καὶ τίσιν γράφω· ἐγὼ κατὰ-
κριτος, ὑμεῖς ἠλεημένοι· ἐγὼ ὑπὸ κίνδυνον, ὑμεῖς 5
ἐστηριγμένοι. Πάροδος ἐστε τῶν εἰς Θεὸν ἀναι-
ρουμένων· Παύλου συμμύσται τοῦ ἡγιασμένου, τοῦ
μεμαρτυρημένου, ἀξιομακαρίστου, οὗ γένοιτό μοι ὑπὸ

turae. COTEL. τελειωθῆναι, rectius intellexeris, *μαρτυρίῳ subire*. Vide sis Suicerum in voc. τελείωσιν et τελείωσις.

1. ἐνὶ κλήρω] Pro hac Codd. lectione Edd. ex Interpol. et Vet. Int. reponunt ἐν κλήρω. Cf. Dan. xii 13, ἀναστήσει εἰς τὸν κλήρον σου εἰς συντέλειαν ἡμερῶν. Interp. Armen. ita reddit Petermannus, *et precibus vestris fiat mihi, ut semper particeps Ephesiorum inveniar*.

2. τοῖς ἀποστόλοις] τοὺς ἀποστόλους Aldrichius. Praecipue Johanni et Paulo intelligit Pearsonus. Interpolator nomina recenset Pauli, Johannis, et Timothei.

3. συνήμεσαν] Apud Pseudo-Ignatium non recte legitur *συνήσαν*. VOSSIIUS.

5. ἠλεημένοι] Ita recte MSS. nam sequitur *ἐστηριγμένοι*. Libb. impr. cum Vossio, *ελεημένοι*.

6. Πάροδος] Ut antea *παροδύσαντας*, [§ 9 init.] et in Ep. ad Rom. versus finem, [§ 9] *οὐχ ὡς παροδεύοντα*. Hesyeh. Πάροδος· διάβασις. Ephesum petebant, qui ex Oriente iter versus Romam instituebant. Haec non intellexit Interpolator; itaque reddidit, *παροδοθεῖς γε ἐγὼ, ἀλλὰ τῶν διὰ Χριστὸν ἀναιρουμένων*

[ἐλάχιστος] sensu plane nullo. In MS. Anglicano *παροδοθεῖς γε τῶν*, et in MSti margine *περιόδος ἐστε τῶν*. Sed vetus Codex recte exhibet *πάροδος*, eamque vocem Interpres agnoscit. Sensus est, *Vos in Epheso, per quam transeunt illi, qui in Oriente condemnati Romam mittuntur*. PEARSON. Hic locus explicandus est ex Act. Apost. xx 16. MARKLAND. Forsitan Πάροδοι. TOUP. D. Paulus ad Cor. I xvi 7, Οὐ θέλω γὰρ ὑμᾶς ἄρτι ἐν παρόδῳ ἰδεῖν.

ib. εἰς Θεὸν] i. e. *pro Deo*. MARKLAND. *um Gottes willen* Arndtius, quem in notis sequitur Hefelius; in ed. vero tertia versionem refinxit ad Duesterdieckii mentem, p. 20, coll. εἰς Χριστόν, Ep. ad Rom. § 6, *Eorum, qui ita interficiuntur ut ad Deum veniant*. Cum Arndtio stare videtur Armenius, *propter Deum*.

7. Παύλου] Obversabatur animo Ignatii ad Martyrium properantis D. Paulus jam coronam adeptus. Non est quod miremur nullam fieri mentionem D. Johannis, qui, plurimum temporis in Asia commoratus, Ephesi in pace diem supremum obiit.

ib. συμμύσται] Qui participes

sorte Ephesiorum inveniar Christianorum: qui et Apostolis semper consenserunt, in virtute Jesu Christi.

XII. Novi quis sum, et quibus scribo. Ego condemnatus^f, vos propitiationem habentes; ego ^f *condempnatus C. C.* sub periculo, vos firmati. Transitus estis eorum qui in Deum interficiuntur: Pauli^g condiscipuli ^g *genitive Pauli C. C.* (sanctificati, martyrizati, digne beati), cujus fiat

facti estis Mysteriorum S. Pauli, a Domino immediate revelati, et ad Ephesios praecipue explicati, ut ipse explicat, Ephes. iii 4. Vide Hieronymi Praef. Comm. in istam Epistolam. Chrysostomus in argumento: Ἔστι δὲ νοημάτων μεστή ἡ ἐπιστολὴ ὑψηλῶν καὶ δογματικῶν—καὶ ὑψηλῶν σφόδρα γέμει τῶν νοημάτων καὶ ὑπερόγκων—λέγεται δὲ καὶ τὰ βαθύτερα τῶν νοημάτων αὐτοῖς ἐμπιστεύσαι. Inde, opinor, Origenes, Celsum provocans ad sapientiam Pauli ex Epistolis intelligendam inter reliquas primam nominat Ep. ad Eph. p. 122. [ed. Spencer. lib. iii § 20, tom. i p. 458 ed. Ben.] Paulo post S. Ignatium, S. Polycarpus in Ep. ad Phil. οὔτε ἐγὼ οὔτε ἄλλος ὅμοιος ἐμοὶ δύναται κατακολουθῆσαι τῇ σοφίᾳ τοῦ μακαρίου καὶ ἐνδόξου Παύλου. Μύσται vox frequentissima apud omnes scriptores. Sic alloquitur auditores suos Nazianz. Orat. 34, p. 537, [D. tom. i ed. Morel.] τί τοῦτο ἔπαθον, ὦ φίλοι, καὶ μύσται, καὶ τῆς ἀληθείας συναρασταί; Chrysostomus. Hom. 72 et 85 in Matth. ἴσασιν οἱ μύσται. [οἱ μεμνημένοι, tom. vii p. 700 ed. Ben.] Erant autem illi μύσται et συμμύσται nulli alii, quam πιστοὶ et fideles omnes, qui admittebantur ad Eucharistiam percipiendam; qui pariter

participabant cum S. Paulo Eucharistiam, et in mysteriis fidei per ipsum praecipue instituti et eruditi sunt. Unde Veteres Ephesios μύστας signanter dictos putabant. Praeclarus locus est, et ad hanc rem appositissimus, in vetustissima Chrysostomi vita, paulo post mortem ejus scripta, qui consuli et legi meretur. PEARSON. Pauli olim, nunc mei. MARKLAND. Cum S. Paulo initiati mysteriis divini consilii et Christianae veritatis. Cf. Eph. i 9, iii. 3, 4, 9. HEFEL. Vid. Bingham. Antiq. Eccles. I iv 2. Ruchatus, qui interpretatur *les collègues de Paul*, existimat S. Patrem respexisse pastores Ecclesiae Ephesiae. Chevallier. *Who have been instructed in the mysteries of the Gospel with Paul.* Cf. I Cor. iii 9, Θεοῦ συνεργοί, Philipp. iii 17, Συμμηταί μου.

8. μεμαρτυρημένον,] Int. Vet. sine dubio intellexit eruentam ejus passionem. Sed videtur potius exponendum secundum S. Scripturae loquendi modum. PEARSON.

ib. ἀξιομακαρίστου,] Hanc vocem non agnoscit Armenius.

ib. ὑπὸ τὰ ἴχνη] Cf. D. Ret. I ii 21, ἵνα ἐπακολουθήσητε τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ.

τὰ ἴχνη εὐρεθῆναι, ὅτ' ἂν Θεοῦ ἐπιτύχω, ὃς ἐν πάσῃ ἐπιστολῇ μνημονεύει ὑμῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

III'. Σπουδάζετε οὖν πυκνότερον συνέρχεσθαι εἰς εὐχαριστίαν Θεοῦ καὶ εἰς δόξαν· ὅτ' ἂν γὰρ πυκνῶς ἐπὶ τὸ αὐτὸ γίνεσθε, καθαιροῦνται αἱ δυνάμεις τοῦ Σατανᾶ, καὶ λύεται ὁ ὄλεθρος αὐτοῦ ἐν τῇ ὁμοιοῖα ὑμῶν τῆς πίστεως. Οὐδέν ἐστιν ἄμεινον εἰρήνης, ἐν ἧ ἡ πᾶς πόλεμος καταργεῖται ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων.

I. ἐν πάσῃ ἐπιστολῇ] Hieronymus c. Luciferianos, [§ 8, tom. ii p. 180 ed. Vallars. *omni Pentecoste*] et per omnem Pentecosten: non per unamquamque Pentecosten, quasi quotannis in festo Pentecosten, sed per totam, per omnes dies quinquaginta, qui a Paschate ad Pentecosten numerabantur. 'De quibus cavendis in omni epistola sua sollicite monet Apostolus.' Opus Imperf. Hom. 19, 579. Gravis autem controversia est de hac Epistola S. Pauli, an ad Ephesios scripta sit; nam antiquitus legebatur τοῖς οὖσι . . . sine ἐν Ἐφέσω, i. i. τοῖς ἁγίοις πασι. MSS. et Marcion scriptam ad Laodiceos putabat, ut aliqui volunt. Missa est per Tychicum, Asianum quidem, Act. xx 4, non Ephesium, ut illa ad Colossenses cum iisdem verbis; et videtur omnino illa ex Laodicea esse haec ad Ephesios, quae numeratur inter Ecclesias Asiae, Apoc. i 11. Scripta est etiam e vinculis Romae. Neque tamen ullibi indicat Apostolus se illos, ad quos scripsit, antea vidisse; neque Presbyteros eorum alloquitur, quos ante triennium moestos relique-

rat, neque fratrem quenquam salutat, aut de Ephesio quopiam quaerit. Missa est igitur haec Epistola ad Ephesios; ad hos quidem missa, sed scripta tanquam ad Asianos omnes: immo missa est et ad reliquas Asiae Ecclesias, et ad Laodiceos. Monendum igitur duxit Ignatius, quaecumque praeclare de iis, ad quos scripsit dicta sunt, ea omnia ad Ephesios pertinere. PEARSON. Frustra hanc lectionem sollicitat Hammond. Dissert. ii 90. SMITH. Cf. Vindic. ii 118. 'Sic Latini, sic Graeci loquuntur. Ita Cicero, Sanguis per venas in omne corpus diffunditur, i. e. non in omnia corpora, sed, in totum corpus. . . πᾶσα γραφή.' II Tim. iii 16. Vet. Int. *omnis Scriptura*. Th. Bezae, *tota Scriptura*. Cum Pearsono stat Windischmannus, Vindic. Petr. p. 43. Cf. Eurip. Med. 114, πᾶς δόμος ἔρροι. Cum Hammondo Credner. *Einleitung*, i 395, Greswell. *Dissertations*, iv 212, Hilgenfeldius, p. 280, quorum sententiae favet profecto illud I Cor. iv 17, καθὼς πανταχοῦ ἐν πάσῃ ἐκκλησίᾳ διδάσκω. Cf. II Thess. iii 17. Contra

mihî sub vestigiis inveniri, quando^h Deo fruar : ^h *quam C.*
 qui in omni Epistola memoriam facit vestri in Jesu
 Christoⁱ.

XIII. Festinate igitur crebrius convenire in
 gratiarum actionem Dei, et in gloriam. Quum
 enim crebro in idipsum convenitis, destruuntur
 potentiae Satanae^k; et solvitur proditio* ipsius^k *Sathanac*
 in concordia vestrae fidei. Nihil est melius pace; ^{C. C.}
 in qua omne bellum evacuatur coelestium et ter-
 restrium. ^{*f. proditio.}

vero Hefelius adfert Matt. ii 3,
 πᾶσα Ἱεροσόλυμα, Rom. xi 26,
 πᾶς Ἰσραήλ. Parum lucis adfert
 Armenius: *Jam in omnibus*
Epistolis meis memoriam facio
vestrum in Christo Jesu.

2. μνημονεῖει] *Vos cum lau-*
de memorat. Ita tota epistola
 Ephesios laudat valde ac semper
 commendat, nunquam repre-
 hendit Apostolus, ut fuit ab
 Hieronymo observatum. VA-
 LESIUS. Anonymus quidam,
 tom. ii p. 324 libri cui titulus
History of the first Planting
of the Christian Religion, a
 Georgio Benson olim conscripti,
 jubet nos legere μνημονεῖω, con-
 tra fidem MSS. et sententiae
 contextum, uti docet Lardnerus,
Credibility &c. P. ii c. 5.

3. συνέρχεσθαι] *συντρέχεσθαι*
 Aldrich. Πικνότερον Cf. Ep. ad
 Polyc. § 4. *continually* Fragm.
 Syr. Cureton. p. 232. *omni*
tempore. Armenius, qui vocem
 Θεοῦ non agnoscit.

4. δόξαν] Rothius mallet δο-
 χήν, pp. 451, 769. Aevi autem
 senioris est sensus, *Coena Sa-*
cra; et δόξαν Θεοῦ frequentat
 Ignatius, uti monet Arndtius.

ib. ὄτ' ἂν] Ita Cod. Laur.
 quam scribendi rationem, di-

remptis vocibus in Codd. ve-
 tustioribus frequentem esse do-
 cet Bastius, Comment. Palaeogr.
 ad Gregor. de Dialecticis, p. 827.
 Cod. Casan. ὄταν.

ib. ὄτ' ἂν—γίνεσθε] Hanc
 clausulam omisit Armenius.

ib. πυκνῶς] Hesych. πυκνῶς·
 συνεχῶς, συχνῶς. Cyrill. συνεχῶς·
 πυκνῶς. Interpol. συνεχῶς dixit.
 De frequenti seu conferta et
 plena synaxi haec intelligenda
 esse etiam illud suadet quod de
 pace sequitur, quae intelligi so-
 lebat contra Schismaticos: ut
 Cyprianus de Unitate, 'Ad pa-
 cis praemium venire non pos-
 sunt, qui pacem Domini dis-
 cordiae furore ruperunt.' [p.
 112 T. ed. Fell.] PEARSON.

5. ἐπὶ τὸ αὐτὸ] Cf. supra § 5.

6. ἄλεθρος] *Aliter in Fragm.*
Syr. the power of Satan is de-
stroyed, and his dominion is
dissolved by means of the una-
nimity of your faith.

7. Οὐδέν ἐστίν] Citantur haec
 a Damasceno, S. Parall. i 18,
 et ab Antonio, in Melissa, ii 17.
 Syrus legisse videtur πίστεις
 καὶ εἰρήνης.

8. ἐπουρανίων] De hoc cap.
 satis lucide docuit Arndtius, p.
 151, vegetam gravemque Igna-

Fidem et
charita-
tem, ut in
unum coe-
untia, acri-
ter incul-
cat.

ΙΔ'. Ὡν οὐδὲν λανθάνει ὑμᾶς, ἐὰν τελείως εἰς Ἰησοῦν Χριστὸν ἔχητε τὴν πίστιν, καὶ τὴν ἀγάπην, ἣτις ἐστὶν ἀρχὴ ζωῆς καὶ τέλος· ἀρχὴ μὲν πίστις, τέλος δὲ ἀγάπη· τὰ δὲ δύο ἐν ἐνότητι γενόμενα, Θεοῦ ἐστίν· τὰ δὲ ἄλλα πάντα εἰς καλοκάγαθίαν 5 ἀκόλουθά ἐστίν. Οὐδεὶς πίστιν ἐπαγγελόμενος ἀμαρτάνει, οὐδὲ ἀγάπην κεκτημένος μισεῖ. “Φα-
“ νερὸν τὸ δένδρον ἀπὸ τοῦ καρποῦ αὐτοῦ.” οὕτως οἱ ἐπαγγελόμενοι Χριστιανοὶ εἶναι, δι’ ὧν πράσ-
σουσιν ὀφθήσονται· οὐ γὰρ νῦν ἐπαγγελίας τὸ 10 ἔργον, ἀλλ’ ἐν δυνάμει πίστεως, ἐάν τις εὐρεθῇ καὶ εἰς τέλος.

Exteriori
professioni
interior

ΙΕ'. Ἀμεινόν ἐστιν σιωπᾶν καὶ εἶναι, ἢ λα-
λοῦντα μὴ εἶναι· καλὸν τὸ διδάσκειν, ἐὰν ὁ λέγων

tii orationem ab Interpolatore misere dilatari atque corrumpi; sed vide, quam inepte quoque ἐπουρανίων in ἀεριών nimis caute mutato, et πνευμάτων adjecto, inferciat locum Eph. vi 12. Cf. Rothe, *Anfänge*, p. 777. Et profecto si quis longiorem ante oculos habuisset recensionem, talem epitomen, opinor, haudquaquam fecisset, qualem breviori textu exhiberi suspicatur Meierus. DÜESTERDIECK.

1. Ὡν οὐδὲν λανθάνει] Cf. Poly-
lyc. ad Phil. § 12, ‘et nihil vos
‘latet.’ Cave relativum ad
ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων restringas.
Hujus capituli nil nisi ultimam
sententiam οὐ γὰρ—εἰς τέλος.
exhibet Int. Syrus. Frag-
mentum ap. Cureton. 236 ex-
hibet Οὐδεν λανθάνει—ἀγαπώ-
μεν αὐτόν.

3. ἣτις ἐστίν] Vet. Int. vide-
tur legisse, αἰτινές εἰσιν· quod

videtur rectius; aut certe ex-
plicare voluisse Graeca, ac si
ita scripta fuissent; nam et In-
terpol. ἣτις retinet. PEAR-
SON.

5. Θεοῦ ἐστίν] Vet. Int.
Deus est, ac si legisset Θεός:
perperam omnino. Non obser-
vavit Graecae linguae idiotis-
mum. Interpol. multo melius
Θεοῦ ἄνθρωπον ἀποτελεῖ, ad sen-
sum et mentem auctoris ex-
plicandum. PEARSON. Θεός
Damasceni S. Parall. ii 785 ed.
Le Quien, et Armenius.

6. ἀκόλουθά ἐστίν.] *Pedisse-
qua sunt*. TOUP. Vet. Int.
sequenda sunt, perperam. Non
est ἀκολουθητέα, sed ἀκόλουθα.
Gloss. ἀκόλουθος, ἐπὶ λόγου ἢ
πράξεων, ἀκόλουθον, *congruum*,
consequens. *Practer fidem et
charitatem reliqua, utpote illis
congrua et consentanea*. PEAR-
SON.

XIV. Quorum nullum latet vos : si¹ perfecte^m in Jesum Christum habeatis fidem et charitatem ; quae sunt principium vitae et finis. Principium quidem fides ; finis autem charitas. Haec autem duo, in unitate facta, Deus est : alia autem omnia in bonitate sequendaⁿ sunt. Nullus fidem reprobans peccat, neque charitatem possidens odit. *Manifesta est arbor a fructu ipsius* : sic reprobandos Christiani esse, per quae operantur manifesti erunt. Non enim nunc repromissionis opus, sed in virtute fidei, si quis invenitur in finem.

XV. Melius est silere et esse, quam loquentem non esse. Bonum docere, si dicens facit. Unus

ib. οὐδείς πίστιν—ὀφθήσονται] Haec meram paraphrasin Curetonus arbitratur sententiae subsequentis a Syro excerptae.

ib. πίστιν ἐπαγγελλόμενος] πίστιν ἔχειν ἐπαγγελλόμενος Damasc. Parall. et mox pro οὐδὲ, οὐδείς, pro Χριστιανοί, Χριστοῦ.

7. ἀμαρτάνει,] ὀφείλει ἀμαρτάνειν Interpol.

10. οὐ γὰρ νῦν ἐπαγγελίας] Hoc est, ni fallor, nos non possumus praestare quod suscepimus, nisi ope fidei, qua in finem usque in sanctitate vitae et bonis operibus praestandis perseveramus. Locus sane perplexus, et ab Interpol. omnino omissus. SMITH. Hefelius, *Nunc enim professione fidei non omnia adimpleta sunt, sed si quis in virtute fidei invenitur usque ad finem.* Curetonus, *The work is not of promise unless a man be found in the power of faith even to the end.* νῦν non agnoscunt Syrus

et Armenius. Cf. πίστιν ἐπαγγελλόμενος, supra, l. 6.

11. εὐρεθῆ] Scil. πιστός, quae vox subintelligenda est ex praecedente πίστειως. MARKLAND.

ib. καὶ εἰς τέλος.] In Edd. ante Aldrich. et Hefel. καὶ non legitur.

13. Ἄμεινόν ἐστιν] Syrus [ap. Cureton. p. 31] omnia praetermisit nisi haec : Ἄμεινόν ἐστιν σιωπῶν καὶ εἶναι [τι] ἢ λαλοῦντα μὴ εἶναι, ἵνα δι' ὧν λαλεῖ πράσῃ, καὶ δι' ὧν σιγᾷ γνωσκηται. Posteriora haec verba a Syro male cum antecedentibus conjuncta esse, nemo non videt. HEFEL. Armenius legisse videtur εἶναι τι.

ib. σιωπῶν καὶ εἶναι,] *Esse Christianum sine strepitu verborum.* SMITH. Ita Cod. Laur. Male ex Salvino Aldrich. σιωπῶν καὶ μὴ εἶναι. Citantur haec usque ad ἐγγὺς αὐτοῦ ἐστίν, p. 308, l. 7, ab Antiocho, Hom. 22, περὶ Προπετίας.

animi dis-
positio ad-
jungenda.

ποιῆ. Εἰς οὖν διδάσκαλος, ὃς εἶπεν, καὶ ἐγένετο·
καὶ ἃ σιγῶν δὲ πεποιήκειν, ἄξια τοῦ Πατρός ἐστιν.
Ὁ λόγον Ἰησοῦ κεκτημένος ἀληθῶς δύναται καὶ
τῆς ἡσυχίας αὐτοῦ ἀκούειν, ἵνα τέλειος ᾦ· ἵνα δι'
ᾧν λαλεῖ πράσση, καὶ δι' ᾧν σιγᾷ γνώσκηται. 5
Οὐδὲν λαυθάνει τὸν Κύριον, ἀλλὰ καὶ τὰ κρυπτὰ
ἡμῶν ἐγγὺς αὐτῷ ἐστίν. Πάντα οὖν ποιῶμεν ὡς
αὐτοῦ ἐν ἡμῖν κατοικοῦντος, ἵνα ᾧμεν αὐτοῦ ναοὶ,
καὶ αὐτὸς ᾦ ἐν ἡμῖν Θεὸς ἡμῶν· ὅπερ καὶ ἔστιν,
καὶ φανήσεται πρὸ προσώπου ἡμῶν, ἐξ ᾧν δικαίως 10
ἀγαπῶμεν αὐτόν.

Evangelii-
um non est
pravis doc-

15'. Μὴ πλανᾶσθε, ἀδελφοί μου. Οἱ οἰκοφθόροι
βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν. Εἰ οὖν οἱ

2. ἃ σιγῶν κ. τ. λ.] Expono de Incarnatione Domini, ex § 19, quo loci Mariae Virginis partus appellatur *Mysterium clamoris*, quod in Dei quiete ac silentio perpetratum est. Atque eo modo a Patt. et Intt. accipitur Ps. lxxi 6, *Descendet sicut pluvia in vellus, &c.* CO-TEL. Aliter Smith. et Hefel. *quae Christus, ab omni ostentatione vacuus, perfecit.* Ruchatus vel pueritiam Servatoris nostri et adolescentiam intelligit, vel miracula illa quae nemini narrari jussit Christus. Copulativam καὶ ab Edd. praetermissam exprimunt Int. Vet. et Armenius.

3. Ὁ λόγον κ. τ. λ.] Totam hanc periocham [usque ad σιγᾷ γνώσκηται] eo quod non intellexerit, pro more suo penitus neglexit Interpol. SMITH.

4. ἡσυχίας] Sic infra § 19, ἐν ἡσυχία Θεοῦ. Ut ibi ἡσυχία opponitur κραυγῇ, ita hic oppo-

nitur λόγῳ, et omnino σιγῇ vel σιωπῇ significat, ut ipse ante nunc σιγᾷ usurpavit. PEARSON.

ib. ἵνα δι' ᾧν] Bunsenii emendatione, ἃ pro δι' ᾧν, non est opus. Διὰ enim cum genitivo rationem, cujus inventu aliquid est vel fit, indicat, ita ut respondeat Latino *secundum*. Cf. Gal. iv 23. MERX.

5. λαλεῖ πράσση,] Ita proculdubio cum Antiocho et libb. impr. legendum pro Codicis scriptura λαλῇ πράσσει. Aldrich. λαλεῖ πράσσει.

ib. καὶ δι' ᾧν σιγᾷ γνώσκηται.] Qui integrum hunc vitae Christianae apicem et perfectionem assecutus est, sive loquitur, sive silet, continuo vitae ipsius tenore se esse Christianum demonstrat. SMITH.

6. τὸν Κύριον,] Christum, (de illo enim tota sectio procedit) qui mox nuncupatur Θεός, ubi, ut saepissime alibi, imitatur

igitur^o Doctor, qui dixit, et factum est: sed et quae silens fecit, digna Patre sunt. Qui verbum Jesu possidet, vere potest et silentium ipsius audire, ut perfectus sit: ut per quae loquitur operetur, et per quae silet cognoscatur. Nihil latet Dominum: sed et abscondita nostra prope ipsum sunt. Omnia igitur faciamus, sic * ipso in nobis habitante: ut simus ipsius templa, et ipse in nobis Deus noster: quomodo et est, et apparebit ante faciem nostram, ex quibus juste diligimus ipsum.

XVI. Non erretis, fratres mei. Domus corruptores regnum Dei non haereditabunt. Si igitur

S. Paulum, I Cor. iii 15. SMITH. Fragmentum ap. Cureton. 236 exhibet sensum hujus loci, Οὐδὲν λαμβάνει—ἀγαπῶμεν αὐτόν.

7. ἐγγὺς αὐτῷ] Lege αὐτοῦ. Et sic Interpol. TOUP. Vossius dederat αὐτοῦ. Cf. Clem. i §§ 21, 27. Antiochus, ἐγγὺς αὐτοῦ εἶσιν.

9. ὅπερ καὶ ἔστιν, κ. τ. λ.] Hoc (nempe, *Deum in nobis esse*) et revera ita se habet, et nobis tanquam *ob oculos manifestabitur*, ex hoc indicio, si illum vere diligamus. SMITH. Armenius legisse tantum videtur, καὶ αὐτὸς ἢ Θεὸς ἡμῶν, εἴηπερ δικαίως ἀγαπῶμεν αὐτόν. PETERMAN. Fragm. Syr. *and let us be the temples of God, and He shall be God in us, from which we justly love Him.*

12. Μὴ πλανᾶσθε.] Capp. xvi, xvii in versione Syriaca desunt.

ib. ἀδελφοί] Ita recte Laur. non ἀδελφοί, quod dedit Aldrichius.

ib. Οἱ οἰκοφθόροι] Qui seipsis

mollitie abutuntur, aut illicitis nefandisque concubitibus indulgent; quum sint domus et templa Dei, cujus Spiritus οἰκεῖ in nobis: εἴ τις τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεός. I Cor. iii 17. [vi 19.] Vulg. Int. *masculorum concubitores*. SMITH. Hesyeh. *οἰκοφθόρους μοιχούς*. Vossius sequitur Int. Vulg. Armenius, *qui amant facultates*. Vedel. et Holstenius vertunt, *familiarum corruptores*, quo sensu accipit Waterlandus, v p. 108, Oxon. 1823; iii 483, 1843. Cotelerius, *foeminarum corruptores*. Hefelius, *moechos*. Chrysost. de Sacerd. iii 16, οἶκος διέφθειραν καὶ γάμους διέσπασαν. Orac. Sibyll. ii 258, ψεῦσται, καὶ κλέπται, δόλιοι τ' οἰκοφθόροι αἰνοί. Euseb. H. E. i 2, ἀλληλοφθορεῖν. Cf. Hermae Past. iii 7. Cum Int. Vet. facit Interpol. οἱ τὴν Χριστοῦ ἐκκλησίαν νοθεύειν ἐπιχειροῦντες. Quos, ut videtur, sequens, Hilgenfeldius, parum feliciter exponit, *fatuarum doctrinarum propagatores*,

^o *εργῶ* C. C.
P's. xxxiii
9.

* f. sicut.

I Cor. iii
16.
I Johan. iii

2.

I Cor. vi 9.
Num. xxv
1—9.

trinis cor-
rumpen-
dum.

κατὰ σάρκα ταῦτα πράσσοντες ἀπέθανον, πόσῳ
μᾶλλον ἐάν [τις] πίστιν Θεοῦ ἐν κακῇ διδασκαλίᾳ
φθείρῃ, ὑπὲρ ἧς Ἰησοῦς Χριστὸς ἐσταυρώθη; ὁ τοι-
οῦτος, ῥυπαρὸς γενόμενος, εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον
χωρήσει, ὁμοίως καὶ ὁ ἀκούων αὐτοῦ.

5

A falsis
doctrinis
cavendum.

ΙΖ'. Διὰ τοῦτο μύρον ἔλαβεν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς
αὐτοῦ ὁ Κύριος, ἵνα πνέῃ τῇ ἐκκλησίᾳ ἀφθαρσίαν.
Μὴ ἀλείφεσθε δυσωδίαν τῆς διδασκαλίας τοῦ ἄρ-
χοντος τοῦ αἰῶνος τούτου· μὴ αἰχμαλωτίσῃ ὑμᾶς ἐκ
τοῦ προκειμένου ζῆν. Διὰ τί δὲ οὐ πάντες φρόνιμοι ¹⁰
γινόμεθα λαβόντες Θεοῦ γνῶσιν, ὃ ἐστὶν Ἰησοῦς
Χριστός; τί μωρῶς ἀπολλύμεθα, ἀγνοοῦντες τὸ χά-
ρισμα, ὃ πέπομφεν ἀληθῶς ὁ Κύριος;

Crux Chri-
sti scanda-

ΙΗ'. Περιψήμα τὸ ἐμὸν πνεῦμα τοῦ σταυροῦ, ὃ

quorum opera Dei domus pes-
sundetur.

2. ἐάν [τις] πίστιν] Int. Vet.
legisse videtur pronomen, quod,
sensu postulante, uncinis inclu-
sum inserui. Pro πίστιν Usser.
aliique mallent ἐκκλησίαν. Ni-
hil autem mutandum, uti vidit
Burtonus ad Bulli Opp. vi 16.

ib. ἐν κακῇ διδασκαλίᾳ] Vide
§ 9. Mox appellatur διδασκαλία
τοῦ ἄρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου,
§ 17. Interpol. sensum misere
pervertit. Haeretici illi, ex S.
Ignatii sententia, longe in pe-
jori statu erunt, quam vita et
turpissimis moribus flagitiosi.
SMITH. Duo fuerunt Ignatii
aetate haeticorum genera, qui
magnum illud pietatis myste-
rium, Deum in carne manife-
statum fuisse, convellere nite-
bantur. Alii, divinam quandam
Servatori nostro naturam attri-
buentes, humanam prorsus ipsi
detraxerunt; Christum puta-

tive tantum inter homines ut
hominem conversatum, passum
ac mortuum fuisse affirmantes;
qua in haeresi fuere Simoniani,
Menandriani, Saturniani, alii-
que, quos propterea omnes δο-
κητάς et φαντασιαστάς posterior
aetas appellavit. Alii contra,
humanam tantum in Domino
Jesu naturam agnoscebant, ut
Cerinthiani et Ebionaei. Utra
haeresis perniciosior fuerit,
haud facile est dictu: poste-
riorem certe dignitati Serva-
toris nostri apertiolem contu-
meliam intulisse liquet. BULL.
Judic. Eccl. Cath. i § 1, Opp.
tom. vi p. 17 ed. Burton.

3. ὁ τοιοῦτος—ὁ ἀκούων αὐτοῦ.]
Interpolator prorsus aliter; οὗ
τῆν διδασκαλίαν ὁ ἀθετήσας, λιπαν-
θεὶς καὶ παχυνθεὶς, εἰς γέενναν χω-
ρήσει· ὁμοίως δὲ καὶ πᾶς ἄνθρωπος,
ὃ τὸ διακρίνειν παρὰ Θεοῦ εἰληφῶς,
κολασθήσεται, ἀπείρω ποιμένι ἐξα-
κολουθήσας.

qui secundum carnem haec operantur mortui sunt, ^{1 Cor. x 8.}
 quanto magis, si quis fidem Dei in mala doctrina
 corrumpat, pro qua Jesus Christus crucifixus est?
 Talis, inquinatus factus, in ignem inextinguibilem
 ibit: similiter et qui audit ipsum.

XVII. Propter hoc unguentem in capite suo ^{Matt. xxvi}
 recepit Dominus, ut spiret Ecclesiae incorruptio-^{7.}
 nem. Non ungamini foetore doctrinae principis ^{Joh. xii 7.}
 seculi hujus: non captivet vos ex praesenti unire ^{2 Cor. ii}
 *. ^{14—16.} * l. vivere.
 Propter quod autem non omnes prudentes sumus;
 accipientes Dei cognitionem, qui est Jesus Chri-
 stus? Quid fatue perdimur; ignorantes charismaⁿ, ^{P charisma}
 quod vere misit Dominus? ^{C. C.}

XVIII. Peripsima meus spiritus Crucis; quae ^{l. Peripse-}
^{ma.}

5. ὁ ἀκούων] Articulum, ab
 Edd. omissum, e Cod. Laur.
 restitui. Suffragatur Cod. Ca-
 sanatensis.

6. Διὰ τοῦτο μύρον] Citantur
 haec ad τοῦ αἰῶνος τούτου l. 9,
nisse. Vossii correctionem ἔδοξα εὐρεῖν in ed. sec. admisit Hefelius.

10. Ὅτ' ἂν] Cf. not. in Ep. ad Eph. § 13.

11. κατὰ ἄνθρωπον] MSS. ἄνων, i. e. ἄνθρωπον, non ἀνθρώπινον, uti e Vossio libri plerique impressi. Phrasin κατὰ ἄνθρωπον usurpat D. Paulus, 1 Cor. xv 32, Gal. iii 15. Mox, pro τὸν δι' ἡμᾶς, Cotel. et Markland. mallet τὸν δι' ὑμᾶς cum Int. Vet. Lectionem Codd. Ὅτ' ἂν γὰρ—ἐκφύγητε firmant versiones Syriacae, quas videas ap. Cureton. pp. 232, 246. Armenius, apparetis mihi quod non in corpore vivitis.

13. ἵνα—ἐκφύγητε.] Armenius, et quando creditis generationem ejus et mortem, liberati estis a morte.

14. Ἀναγκαῖον] It is right therefore. Fragn. Syr. ap. Cureton. p. 232.

ποιεῖτε, ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν πράσσειν ὑμᾶς· ἀλλ' ὑποτάσσεσθαι καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ, ὡς τοῖς ἀποστόλοις Ἰησοῦ Χριστοῦ τῆς ἐλπίδος ἡμῶν, ἐν ᾧ διάγοντες εὐρεθησόμεθα. Δεῖ δὲ καὶ τοὺς διακόνους, ὄντας μυστηρίων Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ πάντα τρό- 5 πον πᾶσιν ἀρέσκειν· οὐ γὰρ βρωμάτων καὶ ποτῶν εἰσὶν διάκονοι, ἀλλ' ἐκκλησίας Θεοῦ ὑπηρέται· δέον οὖν αὐτοὺς φυλάσσεσθαι τὰ ἐγκλήματα ὡς πῦρ.

His obedi-
endum.

Γ'. Ὁμοίως πάντες ἐντρεπέσθωσαν τοὺς διακόνους, ὡς Ἰησοῦν Χριστὸν, ὡς καὶ τὸν ἐπίσκοπον, 10

2. ὑποτάσσεσθαι] Ita deducitur cum Smitho : ita legit Vet. Int. atque ita hunc locum laudat Antiochus, Serm. 124. Vossius ὑποτάσσεσθε retinet, scripturam MSti, ubi mox quoque scribitur φυλάσσεσθε.

ib. ὡς τοῖς ἀποστόλοις] Causa hujus comparationis est quia Episcopi, Pastores, Presbyteri successerunt Apostolis. Hinc saepe a Patribus Apostolorum successores vocantur : Cyprian. ii Ep. 10, quae est 42 Pamelii, [Ep. 45, p. 88 ed. Fell.] et alibi quoque. Augustinus in Ps. xlv. [vers. 17, sec. LXX, tom. iv p. 398 ed. Ben.] Sic Hieronymus quoque saepius. Ex quibus haec orthodoxa ratio elicitur : Quandoquidem Ecclesiae pastores in locum Apostolorum successerunt, qui a Christo auctoritatem omnem et potestatem acceperunt, eandem igitur quoque Episcoporum seu pastorum Ecclesiae rationem esse : ita ut jurisdictionem, ut loquuntur, suam non a Pontifice, sed a Christo ipso acceperint. Vid. Tertull. de Praescript. § 32, ubi duo observa. 1º. Omnes Cathedras

Catholicas debere successionem Apostolorum habere. 2º. Tertullianum statuere eandem successionem Romanae et Smyrnensis Ecclesiae, seu non aliter successisse Clementem Petro, quam Polycarpum Johanni. VEDELIUS. Conf. Const. Apost. ii 27, 28.

3. τῆς ἐλπίδος ἡμῶν,] Ita recte Vossius caeterique ; non ἡμῶν, ut in Aldrichii libro.

4. εὐρεθησόμεθα.] Haec lectio Cod. Laur. quae sensum satis bonum praebet, ab Interpolatore agnoscitur. Cod. Casan. et Edd. omnes post Vossium, ex Int. Vet. εὐρεθησόμεθα, quam scripturam tuentur Armen. et Fragn. Syr. ap. Cureton. p. 232. Hefelius conj. εὐρεθησόμεθα.

5. ὄντας μυστηρίων] Sensum non perceperunt Interpretes ; qui tamen satis est clarus. Dicit enim, non debere esse quemquam, cui non placeant omnibus modis Diaconi ; illos enim non esse ministros esulentorum et poculentorum, sed ministros mysteriorum Dei, sive Sacramentorum. Miror autem

mori effugiatis. Necessarium igitur est, quemadmodum facitis, sine Episcopo nihil^e operari vos : sed subijci et^f Presbyterio, ut Apostolis Jesu Christi spei nostrae ; in quo conversantes inveniamur. Oportet autem et Diaconos, ministros existentes mysteriorum^g Jesu Christi, secundum omnem modum omnibus placere. Non enim ciborum et potuum sunt ministri ; sed Ecclesiae Dei Ministri. Opportunum^h igitur vos^{*} observare accusationes, ut ignem.

^e nichil
C. C.
^f et deest
C. C.
Col. i 27.
1 Tim. i 1.
1 Cor. iv 1.
^g mysteriorum
C. C.

^h Optimum.
* f. eos.

III. Similiter et omnes reveantur Diaconos, ut mandatum Jesu Christi ; et Episcopum, ut

Antiochum, qui Serm. 124 haec Ignatii citat, ita illa mutasse, ut id, quod de Diaconis hic dicitur, Presbyteris adtribuat. Modo apud illum locus sit integer, nec aliqua excederint verba. VOSSIUS. Pro scriptura Codd. *μυστήριον*, quam, voce *ὄντας* omissa, *similitudinem, imaginem Christi* explicat Arndtius, *μυστηρίων* proculdubio legendum est, quemadmodum et Int. Vet. et Interpolator. Dresselius e margine Cod. Casan. recepit *μυστηρίων*, cui lectioni favet Fragm. Syr. Cureton. p. 232, *sons of the mystery of Jesus Christ*. Barlovius, Episcopus olim Lincolnensis, Antiocho morem gerens, interpretatur, *Oportet igitur hos (presbyteros), existentes diaconos mysteriorum Jesu Christi, omni modo omnibus placere*. Woherus in his verbis adhortationem ad Diaconos videt. Denzinger. conferri jubet Polycarp. ad Philipp. § 5. Armenius legisse videtur *συμμύστας*. Cf. Ep. ad Eph. § 12.

6. ποτῶν] Ap. Antiochum, βρωμάτων καὶ πομάτων. VOSSIUS.

8. αὐτοῦ] Ita MSS. pro quo Smithus mallet *ἑμᾶς*. Interpol. sec. Cod. August. αὐτῶν : sec. Cod. Nydruce. αὐτοῦς.

ibid. φυλάσσεσθαι] *vitare*. MARKLAND. Cf. p. 366 l. 4.

10. ὡς Ἰησοῦν Χριστόν,] Pro hac lectione, quam retinet Antiochus, Hom. 124, Salvin. et Junius Ἰησοῦ Χριστοῦ. Melior est ratio Coteler. Smith. Reithmayr. et Dresselii, qui reponunt, ὡς ἐντολήν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸν ἐπίσκοπον. Sic enim legebat Int. Vet. uti quoque in Ep. ad Smyrn. § 8. Petermannus, ad mentem Armenii, καὶ τὸν ἐπίσκοπον, ὡς τὸν Πατέρα. Locum sic refingit Swithunus Adeae ad oram libri in Museo Britannico conservati : Ὁμοίως πάντες ἐντρεπέσθωσαν τοὺς διακόνους, καὶ τὸν ἐπίσκοπον ὡς Ἰ. Χ. ὄντα Υἱὸν τοῦ Πατρὸς. Noltius, ad Magn. § 6 respiciens, conj. τοὺς διακόνους ὡς Ἰ. Χ. ὄντα Υἱὸν τοῦ Πατρὸς, τὸν ἐπίσκοπον ὡς Θεὸν,

Commen-
datio hujus
Episcopi.

ὄντα Υἱὸν τοῦ Πατρός· τοὺς δὲ πρεσβυτέρους, ὡς
συνέδριον Θεοῦ, καὶ ὡς σύνδεσμον ἀποστόλων. Χω-
ρὶς τούτων ἐκκλησία οὐ καλεῖται· περὶ ὧν πέπεισμαι
ὕμᾶς οὕτως ἔχειν. Τὸ γὰρ ἐξεμπλᾶριον τῆς ἀγάπης
ὕμῶν ἔλαβον, καὶ ἔχω μεθ' ἑαυτοῦ ἐν τῷ ἐπισκόπῳ 5
ὕμῶν, οὐ αὐτὸ τὸ κατάστημα μεγάλη μαθητεία, ἢ δὲ
πραότης αὐτοῦ δύναμις· ὃν λογιζομαι καὶ τοὺς ἀθέους
ἐντρέπεσθαι, ἀγαπῶντας, ὡς οὐ φείδομαι ἑαυτοῦ.

τοὺς δὲ κ. τ. λ. Quoad senten-
tiam, Cf. Ep. ad Magn. § 6, ad
Smyrn. § 8, Polycarp. ad Phi-
lipp. § 5. Galatas seipsum
olim tanquam Christum Je-
sum exceperisse in eorum me-
moriā revocat D. Paulus, iv
14. Nullibi Diaconi cum Christo
ipso comparantur, uti monet He-
felius, qui corrigit, τοὺς διακόνους
ὡς Ἰησοῦ Χριστοῦ, ut *diaconos*
Christi.

1. ὄντα Υἱὸν τοῦ Πατρός:] An-
tiochus habet καὶ τὸν ἐπίσκοπον
ὡς τὸν Πατέρα, unde Smithus
feliciter hunc locum mendosis-
simum reformat, καὶ τὸν ἐπίσκο-
πον ὡς Ἰησοῦν Χριστόν, ὄντα Υἱὸν
τοῦ Πατρός. Cotelier. in hunc
modum restituit, καὶ ἐπίσκοπον
ὡς ὄντα τύπον τοῦ Πατρός, ex In-
terpol. ὡς καὶ ὁ ἐπίσκοπος τοῦ
Πατρός τῶν ὄλων τύπος ὑπάρχει.
Fragm. Syr. *and towards the*
Bishop, who is in the place of
the Father.

2. ὡς συνέδριον] *as towards*
the sons of the council of God,
and members of the Apostles.
Fragm. Syr. p. 233.

ibid. σύνδεσμον] Librarium
Laur. summa qua ad hunc lo-
cum erat incuria, σύνδεσμος prae-
bentem, sequitur Cod. Casan.
Cf. Ep. ad Magn. § 6.

ib. Χωρὶς τούτων] Prorsus mi-
rabilis est expositio Vedellii ;
' *sine istis*, h. e. obedientia quam
' in tres species distinxerat . . .
' τούτων pro τούτου, uti a Graecis
' saepe pluralis pro singulari
' ponitur.'

4. τῆς ἀγάπης ὑμῶν] i. e. ὑμῶν,
uti in Ep. ad Smyrn. § 12, ἢ
ἀγάπη τῶν ἀδελφῶν, i. e. οἱ ἀδελ-
φοί. Scriptores Ecclesiastici
voce ἀγάπη utuntur eodem modo
quo reperias ἢ εὐλάβεια ὑμῶν, ἢ
εὐσέβεια ὑμῶν. Cf. Can. Concil.
Constant. ap. Routh. Script.
Eccles. Opusc. i p. 387 l. 18 ;
388, 2 ; et Libr. Diurn. Rom.
Pontif. ii p. 148, 24. 'Cog-
' noseat itaque *vestra dilectio.*'
p. 154, 25. 'Sed et hoc *vestrae*
' *caritati*, Christo annuente,
' pollicemur.' Vide Suicerum
et Meursium in voc.

5. μεθ' ἑαυτοῦ] Pro hac MSS.
lectione Edd. cum Vossio tacite
reponunt μετ' ἑμαυτοῦ, quod
habet Interpolator. Nemo au-
tem nescit ἑαυτοῦ pro ἑμαυτοῦ
et σεαυτοῦ in omnibus casibus
tralatitium esse. Mox, οὐ φεί-
δομαι ἑαυτοῦ, et infra § 8, ἀνακτί-
σασθε ἑαυτοῦς. Vid. Dorvillium
in Chariton. p. 296, et Elm-
sleium ad Eurip. Heracl. 144,
814.

Jesum Christum, existentem filium Patris : Presbyteros autem, ut concilium Dei et conjunctionem^h Apostolorum. Sine his Ecclesia non vocatur : de quibus suadeo* vos sic habere. Exemplariumⁱ enim charitatis vestrae accepi, et habeo cum meipso in Episcopo vestro ; cujus ipsa compositio magna est disciplinatio, mansuetudo autem ipsius potentia : quem existimo et impios revereri. Diligentes quod non parco ipsum ali-

^h *communione*. C. C.
* *f. suadeor.*
ⁱ *Exemplarium* C. C.

6. τὸ κατάστημα] Ad hunc locum adnotavit magnus Salsmasius, non bene ab Intt. [e. g. Vedelio] haec verba esse accepta, qui reddiderunt, *cujus animi modestia*. Dicere enim Ignatium, se charitatis eorum exemplar in illorum cepisse Episcopo ; cujus hoc ipsum esset κατάστημα : hoc est, *constitutio animi*, quae ad charitatem facit. Quasi diceret, Ex vestro Episcopo, qui charitatis est plenissimus, etiam collegi vos omnes charitate abundare. VOSSIUS. Quid sit κατάστημα, ex voce *καθιστάειν*, de Episcoporum et Diaconorum ordinationibus usurpata, Tit. i 5, Act. vi 3, unde Suidae *καταστάς* (sensu passivo, *constitutus, creatus*, ut apud Plyceratem, Euseb. H. E. iv 23, Πούπλιος καταστάς ἐπίσκοπος) petendum videtur. HAMMOND. c. Blondell. Dissert. iv § 27. *Animi constitutio* Smith ; *habitus* Cotel. et Hefelius ; Ruchat. *dont la seule présentation est une grande instruction*. Armenius, *prosperitas*. Pearsonus, inter alia, confert κατάστημα τῆς πόλεως, Joseph. 763. 21. ed. Basil. B. J. II xxii 1. Addas I i 4. βλέπεις μοι τὸ σεμνὸν τοῦτο

τῆς ἐκκλησίας κατάστημα ; Cyril. praef. in Catech. p. 3 A. ed. Morel. Cf. omnino Tit. iii 3, et Wetsten. in loc. Minus feliciter Usserius κατάστημα explicat per *καταστόλη* in I Tim. ii 9.

7. τοὺς ἀέους] Sensus : Pagani quoque constantiam Christianorum, e. g. meam laudant. HEFELIUS.

8. ἀγαπώντας.] Locus foede corruptus ac deploratus. Interpres certe corruptum invenit, nec quo modo verteret, novit. Videntur haec corrupta ante aetatem Interpol. quod maxime antiquitatis indicium. Salsmasius tentavit, sed infeliciter satis. Tu lege ἐντρέπεσθαι ἀγαπώντας, sed quaere : pro *ἐαυτὸν πότερον*, lege *συντονώτερον*, ut Interpol. *συν* facile in *εαυ*, et *ω* in *ωο* : caeterae omnes literae apparent in *συντονώτερον*. Reliqua explicatione tantum egent : *εἰς τοῦτο ᾗθην, in tantam mei existimationem deveni, ut . . .* Οἰέομαι, ᾗθην, unde et οἰεῖσι et οἴημα. Aliud enim οἶομαι, et aliud οἰέομαι. PEARSON. apud Smith. Melius in Vindic. ii 11 : Ἀγαπῶν ἡμᾶς φείδομαι συντονώτερον δυνάμενος γράφειν περὶ τοῦτο εἰς τοῦτο ᾗθην ἵνα ὦν κατὰκριτος

Πότερον δυνάμενος γράφειν ὑπὲρ τούτου εἰς τοῦτο
ᾤήθη, ἵνα ὢν κατάκριτος ὡς ἀπόστολος ὑμῖν δια-
τάσσωμαι;

Ardor zeli
Ignatii
mansuetu-
dine tem-
perandus.

Δ'. Πολλὰ φρονῶ ἐν Θεῷ· ἀλλ' ἔμαντὸν μετρῶ,
ἵνα μὴ ἐν καυχῇσει ἀπόλωμαι· νῦν γὰρ με δεῖ πλέον⁵
φοβῆσθαι, καὶ μὴ προσέχειν τοῖς φυσιοῦσίν με· οἱ

ὡς ἀπόστολος ὑμῖν διατάσσωμαι. Non satis apparet ex Vossii nota utri refingendi rationi a Salmasio propositae suffragetur: ἀγαπῶντας ὡς οὐ φείδομαι ἑαυτοῦ πρότερον δυνάμενος γράφειν, ὑπὲρ τούτου οὐκ ᾤήθη, ἵνα μὴ . . . aut ἀγαπῶντας ὡς οὐ φείδομαι ἑαυτοῦς (vos) πρότερον &c. Eodem fere cum Pearsono modo Tourpius: ἀγαπῶντας, ὡς φείδομαι ἑαυτοῦ, ὅς συντονώτερον δυνάμενος γράφειν ὑπὲρ τούτου, οὐκ ᾤήθη, ἵνα μὴ ὢν κ. τ. λ. *gaudentes quia viribus meis parco, qui cum acrius de hac re scribere possem, non putavi facendum.* Aliter conatus est Junius: ἀγαπῶν ὑμᾶς φείδομαι συντονώτερον γράφειν, δυνάμενος ὑπὲρ τούτου, ὡς ᾤήθη εἰς τοῦτο, ἵνα ὦ ἀκατάκριτος, οὐχ ὡς ἀπόστολος ὑμῖν διατάσσωμαι. Ruchatus, in antecedentibus Junium secutus, mallet cum Cotel. ἵνα ὢν κατάκριτος οὐχ ὡς ἀπόστολος ὑμῖν διατάσσωμαι. Interpolatoris textum saniozem censet Reithmayrus. Verum enimvero hunc locum corruptit non illustravit Interpol. qui, uti monet Duesterdieck. sibimet ipsis contraria exhibet. Primum enim laudibus afficit ecclesiam Trallianam; nihilominus autem hariolatur ita, φείδομαι συντονώτερον, intentius, acrius, ἐπιστεῖλαι, et ruptum quidem nexum resar-

cinare conatur particula οὐχ interposita. Windischmannus, Vindic. Petr. p. 68, sic corrigendum esse existimat: ἀγαπῶντας ὑμᾶς εἰδῶς, φείδομαι ἑαυτοῦ, περισσώτερον δυνάμενος γράφειν ὑπὲρ τούτου· οὐ γὰρ εἰς τοῦτο ᾤήθη, κ. τ. λ. Petermannus edidit, Ἀγαπῶν ὑμᾶς φείδομαι συντονώτερον γράφειν δυνάμενός περ τούτου (ὡς ᾤήθη), ἵνα μὴ ὢν κατάκριτος κ. τ. λ. Bunsenii conjecturam caeteris praestare censet Lipsius: ἀγαπῶν ὑμῶν φείδομαι· Συντονώτερον δυνάμενος γράφειν ὑπὲρ τούτου [διὰ τούτο] δεῖν οὐκ ᾤήθη, ἵνα μὴ ὢν κατάκριτος ὡς ἀπόστολος ὑμῖν διατάσσωμαι.

ib. ἑαυτοῦ.] Scriptura Codd. ἑαυτόν soloecismo laborat. Nihil melius habui quam ut, cum Hefelio et Duesterdieckio, correctioni et interpretationi Arndtii obtemperarem. *Mene, qui sum damnatus, eo superbiae evehi, ut tanquam Apostolus vobis praecipiam? Minime vero. Etsi enim* πολλὰ φρονῶ, μετρῶ ἔμαντόν. Verbum quidem ᾤήθη aliter interpretatur Arndtius: *Sollte ich, da ich hierüber geschrieben konnte, es so gemeint haben?*

I. εἰς τοῦτο] Has voces omisit Freyius. Hefelius vertit: *Num, quum hac de re scribere mihi licuerit, in tantam me existimationem deveni, ut &c.*

qualem, potens scribere pro illo; in hoc existimer, ut existens^k condemnatus^l, velut Apostolus vobis praecipiam.

^k *existens*
deest C. C.
^l *condemp-*
natus C. C.

IV, Multa sapio in Deo: sed meipsum mensuro, ut non in gloriatione perdar. Nunc enim me oportet^m plus timere, et non attendere infantibus me.

^m *enim o-*
portet me
C. C.

2. ὦν κατάκριτος] ἔσ Cod. Med. Lineam per σ duxit et ν suprascripsit manus recentior.

ib. ὡς ἀπόστολος] Hic quidam [e. g. Cotelierius] inserendam volunt particulam negativam, ut haec sententia cum notissima B. Martyris humilitate conveniat; et sic legebat Interpolator, licet caetera parum intellecta mutilaverit. Mihi potius particula ista prioris sententiae parti praefigenda videtur, εἰς τοῦτο οὐκ ᾤθηην, hoc nimirum sensu: Quum *Episcopus vester, ob externum corporis habitum et placidissimos mores, sit apud Haereticos et Gentiles plane venerabilis, non mihi temperandum est, quum id possim, quin in tanti viri laudes vehementiori impetu me effundam: εἰς τοῦτο δὲ οὐκ ᾤθηην, in hoc vero non id mihi assumo, ut ipse, jam ex sententia Imperatoris ad mortem damnatus, quasi Apostolus, vobis praecipiam.* Sed huic conjecturae, tanquam penitus incertae, vix fidendum habeo. SMITH. Lipsius ita refingit, ἐπὶ τούτῳ οὐκ ἐβουλήθη, ἵνα μὴ οἰήθῃ τις ὅτι ὦν κατάκριτος ὡς ἀπόστολος ὑμῖν διατάσσομαι.

ib. διατάσσομαι;] In hac voce allusionem apertam ad διαταγὰς Ἀποστόλων vidit Baratierius, Dissert. ii de Const. Apost. p. 279. At vocem eandem jam usurpaverat D. Paulus ad Cor. I xi 34, xvi 1, ad Tit. i 5.

4. Δ'. Πολλὰ φρονῶ] Capp. 4 et 5 ab Int. Syr. addita sunt ultimis verbis [§ 9] Ep. ad Rom. quo fit, ut Curetonus huic posteriori Epistolae adscribenda putet; Ep. ad Trall. autem in dubium vocet. Sed multo verisimilius est, monachum illum Syriacum excerptis suis ex Ep. ad Rom. desumptis in usum asceticum duo quoque perpulchra capita Ep. ad Trall. adjunxisse. Initium § 4 aretissimo nexu cohaeret cum fine § 3. Sensus est: *non in tantam mei existimationem deveni, ut vobis velut Apostolus imperare velim. Quamvis enim multa in Deo sapiam, tamen mihi ipsi modum adhibeo.* HE-FELIUS.

ib. Πολλὰ φρονῶ ἐν Θεῷ] Haec non agnoscit Interpolator. Cf. § 5, ubi affirmat S. Pater se ἐπουράνια, ὄρατά τε καὶ ἀόρατα intelligere. Utrumque locum a modestia pii Martyris alienum esse, atque epistolam hanc minus genuinam arguere judicat Dallaeus, merito propterea a Pearsono castigatus in Vindic. ii p. 142. Ruchatus, *Je me félicite de beaucoup de choses en Dieu.* Modestiam Ignatii produnt inter alia § 13 infra, et Ep. ad Rom. § 9.

5. ἀπόλωμαι.] Interpolator subjungit, καλὸν δὲ τὸ ἐν Κυρίῳ καυχᾶσθαι.

6. τοῖς φησιούσιν με.] τοῖς

γὰρ λέγοντές μοι μαστιγοῦσίν με. Ἀγαπῶ μὲν γὰρ τὸ παθεῖν, ἀλλ' οὐκ οἶδα εἰ ἄξιός εἰμι· τὸ γὰρ ζῆλος πολλοῖς μὲν οὐ φαίνεται, ἐμὲ δὲ πλέον πολεμεῖ. Χρηζῶ οὖν πραότητος, ἐν ᾗ καταλύεται ὁ ἄρχων τοῦ αἰῶνος τούτου.

5

Utut sublimis sit scientia rerum coelestium in Ignatio, et jam vincit sit, nondum ob

Ε'. Μὴ οὐ δύναμαι τὰ ἐπουράνια γράψαι; ἀλλὰ φοβοῦμαι μὴ νηπίοις οὖσιν ὑμῖν βλάβην παραθῶ· καὶ συγγνωμονεῖτέ μοι, μήποτε οὐ δυνηθέντες χωρῆσαι στράγγαλον θῆτε. Καὶ γὰρ ἐγὼ, οὐ καθότι δέδεμαι, καὶ δυνάμενος τὰ ἐπουρανία, καὶ τὰς τοποθε-

10

εἰκῆ φυσιοῦσίν με Interpol. atque ita citatur hic locus in Maximi Locis Comm. Serm. 43. Cod. Barocc. 143 fol. 174.

ib. οἱ γὰρ λέγοντές μοι] Pseudo-Ignatius, οἱ γὰρ με ἐπαινοῦντες. Hic vero scribendum puto, οἱ γὰρ λέγοντές με μαστιγοῦσίν με, i. e. qui de me loquuntur; quoniam vix id fieri poterat sine laude. Ita Democritos, et Platonas loqui, loqui theatra, apud Martialem, et apud alios millena alia id genus. VOSSIUS. Verba hujusmodi, Μάρτυς ἔση, reticet, ne plus aequo efferi videatur. SMITH. Cum Smitho stat Uhlhornius. Hilgendorfius intelligit, qui mihi nomen Θεοφόρος tribuunt. Salvinius conj. οἱ γὰρ εὐ λέγοντες. Interpres Syrus, ap. Cureton. p. 231, they who say to me such things. Cf. infra § 13, οὐκ ἄξιός εἰμι λέγεσθαι, et Euseb. H. E. v 2, ἀλλ' εἵποτέ τις ἡμῶν δι' ἐπιστολῆς ἢ διὰ λόγου μάρτυρας αὐτοὺς προσεῖπεν, ἐπέπλησσαν πικρῶς· ἡδέως γὰρ παρεχώρουν τὴν τῆς μαρτυρίας προσηγορίαν τῷ Χριστῷ, τῷ πιστῷ καὶ ἀληθινῷ μάρτυρι κ. τ. λ.

2. τὸ γὰρ [ζῆλος] Ita Cod.

MS. non ὁ γὰρ, ut tacite reputant Edd. Cf. supra notata ad Clem. R. i § 4. Interpol. exhibet ζῆλος τοῦ ἐχθροῦ, quem hoc adsumento contrarium plane sensum effinxisse summo jure statuunt Voss. et Smith. Sensus est, ut illius verbis utar, 'Desiderium consequendi martyrii tanto sibi majus esse, quanto minus id aliis adpareat. Sed quod ignoret, an ejus merita sint, ut beneficium martyrii a Deo promereatur; ideo moderatione opus esse, et fraenandam esse nimiam illam concupiscentiam.'

3. ἐμὲ δὲ] πλέον non agnoscit Interpol. neque Int. Syrus. et Armenius. Omittunt Cureton. et Bunsenius.

6. Μὴ οὐ] Syrus et Armenius praetermittunt has voces, et mox νηπίοις οὖσιν.

ib. Μὴ οὐ δύναμαι τὰ] Cotel. Smith. et Hefelius ex Int. Vet. cui adstipulantur Syrus et Armenius, restitutum volunt, Δύναμαι ὑμῖν τὰ κ. τ. λ. cujus correctionis nil opus esse membrum sequens ostendit, uti monet Dresselius. Ap. Interpol.

Dicentes enim mihi, flagellant me. Diligo quidem enim pati: sed non novi si dignus sum. Zelus enim multis quidem non apparet, me autem plus oppugnat. Indigeo igitur mansuetudine; in qua dissolvitur princeps saeculi hujus.

ⁿ *adul-*
^{torie} *in*
^{margin.} *C.C.*

^o *princeps*
^{hujus saeculi}
C.C.

V. Nomen possum vobis supercoelestia scribere? Sed timeo ne parvulis existentibus vobis damnum apponam. Et condonate mihi: ne forte, non potentes capere, strangulemini. Etenim ego, non secundum quodcumque ligatus sum, sed potens

¹ *Cor. iii 1.*

legimus, Μη γὰρ οὐκ ἐβουλόμην ὑμῖν μυστικώτερα γράψαι;

8. καὶ συγγνωμονεῖτέ μοι,] Haec sunt in parenthesi includenda. SMITH. Versionem Syriacam ita exprimit Curetonus: *Know me from myself. For I am cautious lest ye should not be able to receive it, and should be perplexed.* p. 231. Conf. not. p. 305.

9. στράγγαλον θήτε.] Ita MSS. *στραγγαλωθήτε* Edd. Interpol. et Curetonus. Imitatur B. Paulum, 1 Cor. iii 1, 2. Pearsonus confert Orig. in Matt. 204 A. ed. Huet. tom. iii p. 440 ed. Ben. Οὐδὲν ἐν τοῖς θείοις λόγοις ἔτι ἐστι σκολιὸν ἢ στραγγαλιῶδες, Cf. Prov. viii 8; et auctorem imperf. operis in Matt. Hom. xlix, 'Ecclesiae filius modice 'justitia est nutriendus, quasi 'tenere lacte, secundum angustias faucium fidei suae.' 713 B. et Hom. xxxviii 667 A, 'Sicut enim infanti si dederis 'fragmentum panis, quoniam 'angustas habet fauces, effocatur magis quam nutritur; sic 'homini imperfecto in fide, et 'puero in sensibus, si altiora 'mysteria sapientiae volueris 'dicere, angustam habens fidem

'et sensum, magis scandalizatur 'quam aedificatur.' Neenon in Vindic. ii p. 141 adducit Tertulian. Epist. 64. Legas Hieronym. 84, ed. Vallars. tom. i p. 521. 'Ex quo volunt intelligi, 'nos qui necdum initiati sumus, 'debere audire mendacium, ne 'parvuli atque lactentes solidioris cibi edulio suffocemur.'

ib. καὶ γὰρ ἐγώ,] *Non facultatem hanc supercoelestia intelligendi mihi me arrogo, eo quod vinculus sim.* SMITH. Haec usque ad cap. finem exhibet Curetonus, Ep. ad Rom. adjuncta p. 231, atque inter Excerpta, p. 233.

ib. καθότι] Sic Edd. cum Cod. Laur. Dresselius καθ' ὃ, τι scripturam Cod. Casanatensis accepit.

10. καὶ δυνάμενος] Leg. καὶ δυνάμενος γράψαι, ut paullo ante. Apud Int. Vet. scribere pro scire, et pro sed forsitan et: nisi pro δυνάμενος leg. δύναμαι νοεῖν. MARKLAND. Καὶ δυνάμενος νοεῖν, intelligere, ex Int. Vet. reponunt Usser. Vossius, Coteler. Smith. Hefel. Dresselius: cui sane supplemento favent Syrus et Armen. Pearsonus, cui adstipulatur Toupus,

haec disci-
pulus Chri-
sti est.

σίας τὰς ἀγγελικὰς, καὶ τὰς συστάσεις τὰς ἀρχον-
τικὰς, ὁρατὰ τε καὶ ἀόρατα, παρὰ τοῦτο, ἤδη καὶ
μαθητῆς εἰμι· πολλὰ γὰρ ἡμῖν λείπει, ἵνα Θεοῦ μὴ
λειπώμεθα.

Ab haereti-
cis sibi ca-
veant, mo-
net, saluta-
rem doc-
trinam
Christi ve-
neno infici-
entibus.

5'. Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, οὐκ ἐγὼ, ἀλλ' ἡ ἀγάπη 5
'Ἰησοῦ Χριστοῦ, μόνῃ τῇ Χριστιανῇ τροφῇ χρῆσθαι,
ἀλλοτρίας δὲ βοτάνης ἀπέχεσθαι, ἥτις ἐστὶν αἵρεσις.
Οἱ † καιροὶ † παρεμπλέκουσιν Ἰησοῦν Χριστὸν κατ'

mallet δύναμαι νοεῖν, quam qui-
dem lectionem praebet Interpol.
non δυνάμενος, uti Vossio visum
est. Pearsoni conjecturam admi-
serunt Cureton. et Sisenius.

ib. τὰς τοποθεσίας] Dallaeus
significari putat, loca in quibus
vel singuli Angeli vel Angelo-
rum ordines a Deo in hoc uni-
verso positi sunt. Sed de hac
interpretatione dubitari non
immerito potest. Τόπος in hoc
ipso Scriptore pro officio et dig-
nitate sumitur, ut ad Smyrn.
τόπος μηδένα φυσιοῦτώ, [§ 6,] ad
Polyc. ἐκδίκει σου τὸν τόπον. [§ 1.]
Quem locum sine dubio Orige-
nes in animo habuit, quum in
Comment. ad Matth. scripsit,
'Ἐπεὶ δὲ οἱ τὸν τόπον τῆς Ἐπισκο-
πῆς ἐκδικούντες χρώνται τῷ ῥήτῳ.
[xii § 14, iii p. 531 ed. Ben.]
Ἐτ τοποθεσία, eo sensu sumpta,
ad Angelorum ordines rectius
fortasse applicari potest; varia
autem eorum officia dignitates-
que vetustissimi Christiani ag-
noscebant. Chrysostomus as-
serit S. Ignatium arcana quae-
dam ab Apostolis accepisse:
συνεγένετο τοῖς Ἀποστόλοις γνη-
σίως, καὶ τῶν πνευματικῶν ναμάτων
ἀπήλαυσεν· ὁποῖον οὖν εἶναι εἰκὸς
τὸν συντραφέντα ἐκείνοις, καὶ παν-
ταχοῦ συγγενόμενον, καὶ ῥητῶν καὶ

ἀπορρήτων αὐτοῖς κοινωήσαντα;
[Hom. in S. Ignat. tom. ii
p. 593 ed. Ben.] Praeterea in
Excerptis Clementis ἐκ τῆς Ἀνα-
τολικῆς Διδασκαλίας, (vid. Gale
ad Iamblichum, p. 206,) quae
sane S. Ignatio incognita esse
non potuit, nonnulla de Angelo-
rum variis officiis et dignita-
tibus referuntur. PEARSON.
Vindic. ii p. 140. the places of
Angels, Cureton. pp. 231, 233,
248.

1. συστάσεις] Vide sis infra,
Ep. ad Rom. § 5. The station
of the powers. Cureton. pp. 231,
233. The stations of prin-
cipalities. p. 248. Sic Arme-
nius quoque, Peterman. p. 105.
Nonne potius, the conflicts? Cf.
infra Ep. ad Rom. § 5, et πό-
λεμος ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων, Ep.
ad Eph. § 13.

2. παρὰ τοῦτο,] ideo, ea prop-
ter: respondet τῷ διότι. PEAR-
SON. Toupius probat Cotele-
rii propter hoc; quibuscum stat
Ruchatus. Smithus sequitur
Int. Vet. licet haec sciam, vel
his exceptis praetermissisque.
Tu autem conf. Ep. ad Rom.
§ 5. Aliter distribuit Hefelius:
ἀόρατα. Παρὰ τοῦτο . . . et, cum
Smitho vertit, Etiam his prae-
termissis adhuc discipulus sum.

scire coelestia, et loci positiones Angelicas, et constitutiones, principationes*, visibiliaque et invisibilia: praeter hoc, jam et^p discipulus sum. Multa enim vobis[†] deficiunt, ut Deo non deficiamus.

Col. i 16
* f. principales.
^p et jam
C. C.
[†] f. nobis.

VI. Deprecor igitur vos (non ego, sed charitas Jesu Christi) solo Christiano alimento^q utamini; ab aliena autem herba recedite, quae est haeresis, quae et inquinatis implicat Jesum Christum:

^q solo alimento Christiano C. C.

ib. ἡδη] MSS. εἰ δὴ, eodem errore cujus exempla complura dedi in Ep. ad Polyc. § 6. Voces ἡδη καὶ non agnoscuntur a Syro.

3. μαθητῆς εἰμὶ] οἶος Παῦλος καὶ Πέτρος, subnectit Interpolator, qui totam hanc sectionem mire amplificat. Aliter prorsus in Fragm. Syr. ap. Cureton. p. 347, *On this account be ye disciples to me.*

ib. ἡμῖν λείπει,] Ita recte se habent Codd. MSS. uti in notis reponit Vossius, postquam ex festinatione inter exscribendum dederat ἡμῖν in contextu. Hanc lectionem exprimit versio Severi in Hom. 84, ap. Cureton. p. 248. Cf. Fragm. p. 233. Ad calcem Ep. ad Rom. magis ad Interpol. scripturam exhibet Syrus, *for I am far short of the perfection which is worthy of God.* p. 231. Cf. Curetoni not. p. 306.

5. Παρακαλῶ κ. τ. λ.] Hoc caput excerptis Jo. Damascenus, apud quem legas, ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ii 772 ed. Le Quien.

6. χρῆσθαι, . . ἀπέχεσθαι,] Vet. Int. in Codice suo χρῆσασθε et ἀπέχεσθε reperisse censeo. VOS-SIUS. ap. Damasc. Χριστιανικῆ.

7. ἀλλοτριὰς δὲ βοτάνης] Cf. Ep. ad Philad. § 3, et ad Eph.

§ 10. Fragm. Syr. p. 233, *that ye use only the food of gratitude, and withdraw from the strange root which is of heresies, of those who mix themselves up in Jesus Christ so that they may be trusted. Armenius, et ab alienis fructibus recedamus qui sunt haeretici.*

8. Οἱ †καιροὶ † παρεμπλέκουσιν] In omnia abeunt Viri docti dum locum hunc vexatissimum restituere conantur. Interpol. habet, εἰδὲ γὰρ τινες . . . καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ εὐαγγελίου, καὶ τὸν ἰὸν προσπλέκοντες τῆς πλάνης τῇ γλυκεῖα προσηγορίᾳ. Unde Vossius, quem in versione sequuntur Ruchat. et Woherus, in contextu Hefel. Dresselius. Petermannus, fidenter reposuit, Οἱ καὶ ἰοῖς παρεμπλέκουσιν, ἰστὶ ἐτιὰμ venenis suis Jesum Christum miscent; quam quidem lectionem Coteler. minime improbat; ex Int. Vet. autem et ex scripturae vestigiis resarcit, οἱ καὶ ῥυπαροῖς, quam emendationem Meibomius quoque profert. Smithus quidem Vossianam correctionem verisimiliorem ducit; ne tamen symbololum suum non conferret, hariolatur οἱ καὶ ῥυπαροί, vel οἱ μαροί. Pearsonus autumat οἱ καιροὶ male scriptum

ἀξίαν πιστευόμενοι· ὥσπερ θανάσιμον φάρμακον
διδόντες μετὰ οἰνομέλιτος, ὅπερ ὁ ἀγνοῶν ἠδέως
λαμβάνει ἐν ἡδονῇ, κάκει τὸ ἀποθανεῖν.

Hoc fit, si
humilitate
ornati,
unitati et
ordini stu-
deant.

Ζ'. Φυλάττεσθε οὖν τοῖς τοιούτοις. Τοῦτο δὲ
ἔσται ὑμῖν μὴ φυσιοῦμένοις, καὶ οὖσιν ἀχωρίστοις 5
Θεοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ ἐπισκόπου, καὶ τῶν
διαταγμάτων τῶν ἀποστόλων. Ὁ ἐντὸς θυσιαστη-
ρίου ὢν, καθαρὸς ἐστιν· τοῦτ' ἐστιν, ὁ χωρὶς ἐπι-
σκόπου καὶ πρεσβυτερίου καὶ διακόνου πράσσων τι,
οὗτος οὐ καθαρὸς ἐστιν τῇ συνειδήσει.

10

Praemunit
illos contra
insidias Di-
aboli, man-
suetudinem

Η'. Οὐκ ἐπεὶ ἔγνων τοιοῦτόν τι ἐν ὑμῖν, ἀλλὰ
προφυλάσσω ὑμᾶς ὄντας μου ἀγαπητοὺς, προορῶν
τὰς ἐνέδρας τοῦ διαβόλου. Ὑμεῖς οὖν τὴν πραυπᾶ-

esse a librario pro οἱ καὶ αἱροί,
i. e. abbreviate αἰρετικοί. Ego
quidem exemplum talis abbrevi-
aturae in Cod. nostro desidero.
Junius reponit οἱ πρόσκαιροι.
Ap. Damascenum, ἦτις ἐστὶν αἰ-
ρεσις· καὶ παρεμπλέκουσιν Ἰησοῦν
Χριστόν. Le Quienius suspicatur
librarium τὸν ἰὸν accepisse pro
ὡ' χν'. Armenius, jam com-
miscent personas suas cum
Jesu Christo. Petermanno le-
gisse videtur aut οἱ καὶ ἑαυτοὺς
παρεμπλέκουσιν Ἰ. Χριστῶ, aut
ἑαυτοῖς παρεμπλ. Ἰ. Χριστόν.

ib. κατ' ἀξίαν πιστευόμενοι.]
Nec Interpol. neque Int. Vet.
has voces agnoscunt. Vossio
idem esse videtur quod ἀξιό-
πιστοι, Ep. ad Philad. § 2. Co-
tel. interpretatur, *ratione dig-
nitatis quam obtinent, fidem
adepti*. Wocher. *und finden
billig Glauben*. Hefel. in ed.
sec. et Dressel. restituunt ex Jo.
Damasceno *καταξιοπιστευόμενοι,
loquentes quae fide sunt indigna*.

Cf. Polyb. XII XVII 1. Si voces
sint omnino retinendae, Bun-
senius mallet οὐ κατ' ἀξίαν.

3. κάκει] Hanc MSS. lectio-
nem retinui cum Vossio et
Smitho. Toupius reponit κά-
κῆθε, atque exinde moritur. Us-
ser. Hefel. Dressel. Bunsen. ex
Int. Vet. et Damasceno, in con-
textu habent κακῆ, quod maluit
Coteler. et Arndtius. Cf. Ep.
ad Philad. § 2. Petermannus
quoque exhibet κακῆ, et suspi-
catur Armenium legisse ἵνα ὁ
ἀγνοῶν ἐν ἡδονῇ λαμβάνῃ τὸ ἀπο-
θανεῖν. Interpol. ὥσπερ οἰνομέ-
λιτι κώνειον κερανήνυτες, ἵνα ὁ πίνων,
τῇ γλυκυτάτῃ κλαπέις ποιότητι, τὴν
γευστικὴν αἴσθησιν ἀφυλάκτως τῷ
θανάτῳ περιπαρῆ.

4. τοῖς τοιούτοις.] Ita MSS.,
uti et Vossius, Usser. Coteler.
Smithus; non τοὺς τοιούτους, uti
Aldrich. Russel. Hefel. et Dres-
selius. Nunquam quod sciam
φυλάττεσθαι cum dativo con-
struitur; ita tamen scripsisse

quemadmodum mortiferum pharmacum dantes cum vino mellito; quod qui ignorat, delectabiliter accipit, et in delectatione mala mori.

VII. Observemini igitur a talibus. Hoc autem erit a vobis non inflatis, et existentibus inseparabilibus a Deo Jesu Christo, et Episcopo, et ordinibus Apostolorum. Qui intra altare est, mundus est: qui vero extra altare est, non mundus est: hoc est, qui sine Episcopo et Presbytero et Diacono operatur aliquid, iste non mundus est in conscientia. Leg. Presbyterio.

VIII. Non quia cognovi tale quid in vobis: sed praeservo vos, existentes meos dilectos, praevidens insidias Diaboli. Vos igitur, mansuetam r Diaboli in vos. Igitur C. C.

Ignatium suspicantur nonnulli ex Int. Vet. Mihi verisimilius videtur librarium peccasse quod φυσιονμένοις, ἀχωρίστοις, ante oculos habuerit. Interpol. exhibet, ἀσφαλίζεσθε τοὺς τοιούτους.

6. Θεοῦ] Armenius omisit hanc vocem, quae additamentum serius esse videtur.

8. καθαρὸς ἐστίν] Addendum volunt Voss. et Coteler. ex Int. Vet. ὁ δὲ ἐκτὸς ὦν, οὐ καθαρὸς ἐστίν: quae verba in uncinis reponunt Usser. Hefel. et Dresselius, sine uncinis Smithus. Petermanno Armenius legisse videtur ὁ ἐντὸς θυσιαστηρίου ὦν καθαρὸς ἐστίν, ὁ δὲ χωρὶς ἐπισκόπου καὶ πρεσβυτερίου πράσσων τι κ. τ. λ. Lipsius fidenter refingit, ὁ ἐντὸς θυσιαστηρίου ὦν καθαρὸς ἐστίν, ὁ δὲ ἐκτὸς ὦν θυσιαστηρίου, τοῦτ' ἐστίν, ὁ χωρὶς ἐπισκόπου πράσσων τι, οὗτος οὐ κ. τ. λ. Interpol. ὁ δὲ ἐκτὸς ὦν, οὗτός ἐστίν ὁ χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν πρεσβυτέρων καὶ τῶν δια-

κόνων τι πράσσων, ὁ τοιοῦτος μέμινται τῇ συνειδήσει. Hiulea certe videtur lectio MSS.; talia autem alibi offendimus apud Ignatium; neque mirabitur qui ab homine captivo festinanter effusas has fuisse Epistolas consideraverit.

9. διακόνου] Ita cum Cod. Int. Vetus. Restituendum tamen, cum Hefel. in ed. quarta, videtur διακόνων, uti monent Voss. Cotel. Salvin. et Hornemannus. Interpol. exhibet, ὁ χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν πρεσβυτέρων καὶ τῶν διακόνων τι πράσσων.

12. προορών] MSS. πρὸ ὄρων.

13. τὴν πρᾶνπάθειαν] Pro hac Codd. lectione Smithus πραιίαν εὐπάθειαν exhibet, e Vossio, qui tamen in notis suis vitium istud ex typographia promanavisse monet. Articulum in Cod. Laur. a prima manu superscriptum non agnoscit Hornemannus. Pro mansuetam apud Int. Vet. Marklandus vel con-

fidem, charitatemque inculcans.

θειαν ἀναλαβόντες, ἀνακτίσασθε ἑαυτοὺς ἐν πίστει, †ὅς† ἔστιν σὰρξ τοῦ Κυρίου, καὶ ἐν ἀγάπῃ, ὃ ἔστιν αἷμα Ἰησοῦ Χριστοῦ· μηδεὶς ὑμῶν κατὰ τοῦ πλησίον ἔχέτω· μὴ ἀφορμὰς δίδοτε τοῖς ἔθνεσιν, ἵνα μὴ δι' ὀλίγους ἀφρονας τὸ ἐν Θεῷ πλήθος βλασφημηῆται· 5
 “Οὐαὶ γὰρ δι' οὗ ἐπὶ ματαιότητι τὸ ὄνομά μου ἐπὶ
 “τινων βλασφημεῖται.”

Qua de causa historiam Christi κατ' ἐπιτομὴν tradit,

Θ'. Κωφώθητε οὖν, ὅτ' ἂν ὑμῖν χωρὶς Ἰησοῦ Χριστοῦ λαλή τις, τοῦ ἐκ γένους Δαβὶδ, τοῦ ἐκ Μαρίας, ὃς ἀληθῶς ἐγεννήθη, ἔφαγέν τε καὶ ἔπιεν, ἀληθῶς 10
 ἐδιώχθη ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, ἀληθῶς ἐσταυρώθη καὶ ἀπέθανεν, βλεπόντων τῶν ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ ὑποχθονίων· ὃς καὶ ἀληθῶς ἠγέρθη ἀπὸ νεκρῶν, ἐγείραντος αὐτὸν τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, κατὰ τὸ ὁμοίωμα, ὃς καὶ ἡμᾶς τοὺς πιστεύοντας αὐτῷ οὕτως 15

suetam vel assuetam reponit. Hesych. Πραῦπάθειαν· πραῦτητα. Legitur πραῦπάθεια apud Philonem, de Abrahamo, tom. ii 31 ed. Mangey. πραῦπαθεῖν apud eundem, de Profugis, i 547.

1. ἀναλαβόντες,] Clem. R. i § 3, ζῆλον... ἀειληφότητας. Cf. § 45.

ib. ἀνακτίσασθε] Ita cum Codd. MSS. Vossius, Smith. Horne-mann. Dressel. Petermannus. ἀνακτήσασθε Junius, Cotel. Rus-selius. ἀναστήσασθε Aldrich.

2. †ὅς† ἔστιν] ὃ ἔστιν Vos-sius, Cotel. Smith. Russel. Hornem. Hefel. Dressel. Bunsen. Petermannus. Ad oram libri Aldrich. Salvinius conj. ἢ ἔστιν. Armenius, Recreate vosmetipsos fide et spe et coena: ac si legisset ἐν πίστει καὶ ἐν ἐλπίδι καὶ ἐν ἀγάπῃ αἵματος Χριστοῦ. Peterman. p. 112. Refresh your-

selves in faith which is in the hope and the enjoyment of the blood of Jesus Christ. Fragm. Syr. ap. Cureton. p. 234.

3. τοῦ πλησίον] Ita Cod. Laur. atque Interpol. Edd. omnes, praeter Hefelium, πλη-sίου, quod in Cod. Casan. legitur. Utroque modo dicitur. Conf. Lobeck. ad Soph. Aj. 1157. Usser. et Cotel. reponunt μηδεὶς ὑμῶν τι κατὰ... Hefelium, e Parall. Damasc. Rupe-fucald. πλησίον τι ἔχέτω.

4. ἀφορμὰς δίδοτε] Phrasis Paulina. II Cor. v 12, I Tim. v 14.

5. ὀλίγους] Armenius, ne forte per eos qui facile labuntur. Legitne ὀλισηρούς? Verba ultima Οὐαὶ γὰρ κ. τ. λ. omisit. PETERMAN. Cf. times, Ep. ad Magn. § 4, ad Smyrn. § 5.

patientiam resumentes, recreate vosmetipsos in fide, quod est caro Domini, et in charitate, quod est sanguis Jesu Christi. Nullus vestrum adversus proximum aliquid habeat. Non occasiones detis gentibus: ut non propter paucos insipientes ea quae in Deo multitudo blasphemetur. *Vae enim, per quem in vanitate nomen meum in aliquibus blasphematur.* Esai. lii 5. Ezech. xxxvi 23.

IX. Obsurdescite igitur, quando^s vobis sine^{s quum C. C.} Jesu Christo loquitur quis: qui ex genere David, qui ex Maria; qui vere natus est, comedit et bibit; vere persecutionem passus est sub Pontio Pilato, vere crucifixus et^t mortuus est, aspicientibus^{t crucifixus est et C. C.} coelestibus et terrestribus et infernalibus; qui et vere resurrexit a mortuis, resuscitante ipsum Patre ipsius; qui et secundum similitudinem nos credentes ipsi sic resuscitabit Pater

ib. τὸ ἐν Θεῷ πλήθος] *Populus Christianus in coetibus sacris congregatus.* Hoc misere pervertit Interpolator, et de doctrina Christianorum interpretatur. SMITH. Pro βλασφημῆται Codd. MSS. habent βλασφημείται, vel ex praesenti indicativo proxime sequenti, vel ex oscitantia illa cujus exempla videsis in not. in Ep. ad Polyc. § 6.

6. ἐπί τινων] Interpolator ἐν τοῖς ἐθνέσιν.

8. Κωφώθητε οὖν,] Locus hic, usque ad...καὶ ἰποχθοῖων, ab Interpolatoris assumptis liber, a Theodoro producitur in Dialog. i quem Ἀτρεπτον inscripsit. USSER. Usque ad μέλη αὐτοῦ, § 11, in Fragm. Syr. ap Cureton. p. 234. Cf. Ep. ad Eph. § 9, βύσαντες τὰ ὄρα κ. τ. λ.

9. λαλῆ] *religionem tradit.*

Cf. Ep. ad Eph. § 14.

ib. τοῦ ἐκ Μαρίας, κ. τ. λ.] Articulorum Fidei recessionem haud absimilem habemus in Ep. ad Smyrn. § 1.

10. ἀληθῶς] Haec vox quater posita Docetarum errores respicit. Cf. Ep. ad Eph. § 18.

12. καὶ ἐπιγείων,] καὶ omittunt Libb. impr. Pro ἰποχθοῖων Theodoret. καταχθοῖων. Sic etiam Interpolator, qui pessime de iis qui cum Christo resurrexere παραφράζει.

14. κατὰ τὸ ὁμοίωμα, ὅς καὶ] Ita Codd. Interpol. legebat, uti videtur, ὅς καὶ κατὰ τὸ ὁμοίωμα. Transpositionem verborum summo jure suspicatur Smithus, ὅς καὶ κατὰ τὸ ὁμοίωμα, quem sequuntur Galland. Hefel. Dreselius. Aliter Petermannus, ὅς καὶ κατὰ τὸ ὁμοίωμα ἡμᾶς.

ἐγερεῖ ὁ Πατὴρ αὐτοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, οὐ χωρὶς τὸ ἀληθινὸν ζῆν οὐκ ἔχομεν.

contra Docetas, quos non dubitat atheos et infideles appellare.

Γ'. Εἰ δὲ, ὡς περ τινὲς ἄθεοι ὄντες, τουτέστιν ἄπιστοι, λέγουσιν τὸ δοκεῖν πεπονθέναι αὐτὸν, αὐτοὶ ὄντες τὸ δοκεῖν, ἐγὼ τί δέδεμαι; τί δὲ εὐχομαι θη- 5 ρισμαχῆσαι; δωρεὰν οὖν ἀποθνήσκω· ἄρα οὐ καταψεύδομαι τοῦ Κυρίου;

Hi fugiendi, ceu plantae lethiferae.

ΙΑ'. Φεύγετε οὖν τὰς κακὰς παραφυάδας, τὰς γεννώσας καρπὸν θανατηφόρον, οὗ ἐὰν γεύσηται τις, παρ' αὐτὰ ἀποθνήσκει. Οὗτοι γὰρ οὐκ εἰσὶν φυτεία 10

1. ὁ Πατὴρ αὐτοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ] Hae voces videntur abundare. MARKLAND. Ab Armenio non agnoscuntur.

3. Εἰ δὲ, ὡς περ] Haec ad vocem ἀποθνήσκει § 11, legas ap. Cureton. inter Excerpta e Severo, p. 246.

4. τὸ δοκεῖν] Solem negaret meridie lucere, qui Docetas seu Phantasiastas Haereticos temporibus Apostolorum inficiarentur erupisse. Quum Irenaeus, Tertullianus, Epiphanius, Hieronymus, Philastrius, Augustinus, Theodoretus, aliique, δολήσεως et φαντασίας errorem Simoni Mago attribuant. Quumque Johannes Apostolus in Epistola prima [iv 3.] 'eos Antichristos vocet, qui Christum 'negarent in carne venisse;' Tertullian. de Praeser. § 33. Insigniter a B. Hieronymo adv. Luciferianos cap. 23, scribitur; 'Apostolis adhuc apud Judaeam, Christi sanguine recenti, 'phantasma Domini corpus aserebatur.' [tom. ii p. 197 ed. Vallars.] COTEL. Cf. Ep. ad Smyrn. § 4, et Origen. c. Celsum, ii 16, p. 402 tom. i ed.

Ben. Ignatius vestigiis Johannis Apostoli instat, qui contra Docetas egerat, necnon contra eos qui simul cum Evangelio cultum Judaicum retinebant. Cf. Lueckium, *Commentar über die Briefe des Evangelisten Johannes*. p. 69 sq. ed. secundae. Phrasin τὸ δόκειν quod spectat, cf. Ep. ad Smyrn. §§ 2, 4. Plato in Gorgia, § 174, πάντος μᾶλλον ἀνδρὶ μελετητέον οὐ τὸ δοκεῖν εἶναι ἀγαθὸν ἀλλὰ τὸ εἶναι. Mire Syrus, in *supposition*, Cureton. p. 246.

ib. αὐτοὶ ὄντες] Similes paronomasiae habes, Ep. ad Rom. § 8, Θελήσατε, ἵνα καὶ ἡμεῖς θεληθῆτε, ad Smyrn. § 5, Ὅν τινες ἀγνοοῦντες ἀγνοοῦνται, μᾶλλον δὲ ἠρνήθησαν ὑπ' αὐτοῦ' ad Polyc. Inscr. ἐπισκόπων . . . μᾶλλον ἐπεσκοπημένω ὑπὸ Θεοῦ.

6. ἄρα οὐ καταψεύδομαι τοῦ Κυρίου;] Vossius levi mutatione emendat [ἀρὰ οὖν]. Sed lectio Cod. Med. [et Casan.] quam Vet. Int. sequitur, retinenda videtur: et merito quidem, si verba interrogative accipiantur. SMITH. Sensus: *nonne ego falsa de Domino loquor, si illi,*

ipsius, in Christo Jesu, sine quo verum vivere non habemus. Joh. iii 36.
xiv 6.

X. Si autem, quemadmodum quidam sine Deo existentes (hoc est, infideles) dicunt, secundum videri passum esse ipsum; ipsi existentes secundum videri; ego quid vinctus sum? quid autem et^u oro cum bestiis pugnare? Gratis^x igitur morior: ergo non reprehendor mendacii a Domino. ^{u et deest}
C. C.
1 Cor. xv 32.
^{x sine causa}
Gratis
C. C.

XI. Fugite ergo malas propagines, generantes fructum mortiferum; quem si gustet quis, statim moritur. Isti enim non sunt plantatio Patris. S. Matt. xv
13.

veram Christi mortem negantes, vera loquuntur? Mors mea ipsa falsae doctrinae est praedicationis. Si vero post ἄρα colon ponas, vertendum erit: profecto, non falsa loquor de Domino. HEFEL. Interpol. δωρεάν οὖν ἀποθήσκω: ἄρα καταψεύδομαι τοῦ σταυροῦ τοῦ Κυρίου. Aldrich. quem sequitur Hornemannus, punctum interrogationis ad ἀποθήσκω positum mavult: *certe de Domino mendacium non fingo.* Ruchatus vertit, *C'est donc inutilement que je meurs. Je mens donc en faveur du Seigneur.* Wocher. quem in ed. sec. Hefel. secutus est, *Also sterbe ich vergeblich? Also rede ich sogar vom Herrn lügenhaft?* Chevallier. cum Wakio, *Then shall I die in vain. Verily I lie not against the Lord.* In Excerpt. e Severo ap. Cureton. p. 246, *In vain then do I die. I belie therefore the Lord.* Fragment. p. 235, *Why do I speak falsehood respecting our Lord?* Armenius quoque particulam negativam non agnoscit.

8. παραφνάδας,] Armenius, *Fugite, fratres, a talibus germibus malorum.* Cf. Epiphanius, xxx 18, τὰς δὲ ρίζας τῶν ἀκανθῶδων παραφνάδων.

9. θανατηφόρον,] Satis purus scriptor Artemidorus Daldianus, Ignatio nostro suppar, iv 59, ἡ μὲν ἐλαία θανατηφόρος οὐσα τετήρηται. *Oleam (in somnio visam) mortiferam esse observatum est.* S. Jacob. iii 8, μεστή τοῦ θανατηφόρου. PEARSON. τῆς θανατηφόρου διδασκαλίας, Ep. Synod. Antioch. ap. Routh. Rel. Sacr. iii 304. Hermas, Past. II xii 2, *'Mortifera est enim haec 'cupiditas mala.'* III ix 26, *'Sicut enim mortiferum est hominibus serpentum venenum.'* ib. γέυσται] Russel. et Hornemannus cum Vossio γέυσεται. Cod. Laur. exhibet γέυσσε, correctionem certissime a prima manu factam, de qua Salvinius tacet. Quoad sententiam, conf. Ep. ad Philad. § 3.

10. παρ' αὐτῶ] Salvinius reperit παραπίκα, quod ap. Interpol. legitur. Sed nihil mutandum. Hesych. πάντα παραχρῆμα, εὐ-

Πατρός· εἰ γὰρ ἦσαν, ἐφαίνοντο ἂν κλάδοι τοῦ σταυροῦ, καὶ ἦν ἂν ὁ καρπὸς αὐτῶν ἀφθαρτος, δι' οὗ ἐν τῷ πάθει αὐτοῦ προσκαλεῖται ὑμᾶς, ὄντας μέλη αὐτοῦ. Οὐ δύναται οὖν κεφαλὴ χωρὶς γεννηθῆναι ἄνευ μελῶν, τοῦ Θεοῦ ἔνωσιν ἐπαγγελλομένου, ὅς 5 ἐστὶν αὐτός.

Repetit
monitum
de charita-
te et con-
cordia, et
preces eo-
rum expo-
stulat.

IB'. Ἀσπάζομαι ὑμᾶς ἀπὸ Σμύρνης, ἅμα ταῖς συμπαρούσαις μοι ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ, οἱ κατὰ πάντα με ἀνέπαισαν σαρκί τε καὶ πνεύματι. Παρακαλεῖ ὑμᾶς τὰ δεσμά μου, ἃ ἔνεκεν Ἰησοῦ Χριστοῦ 10 περιφέρω, αἰτούμενος Θεοῦ ἐπιτυχεῖν. Διαμένετε ἐν τῇ ὁμονοίᾳ ὑμῶν, καὶ τῇ μετ' ἀλλήλων προσευχῇ. Πρέπει γὰρ ὑμῖν τοῖς καθ' ἕνα, ἐξαιρέτως καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, ἀναψύχειν τὸν ἐπίσκοπον εἰς τιμὴν Πατρὸς, Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν ἀποστόλων. Εὖ- 15 χομαι ὑμᾶς ἐν ἀγάπῃ ἀκούσαί μου, ἵνα μὴ εἰς μαρτύ-

θέως, παραντίκα. Suid. ἐξ ὑπο-
γίον. Cf. Polyb. xxxviii iii
11. Scriptura per duas voces
melior est. Vid. Dorvillium ad
Charit. p. 388. Consortes par-
ticulae temporis sunt κατ' αὐτό,
ἐξ αὐτῆς. Lobeck ad Phrynich.
p. 47. Klausen. ad Aesch.
Agam. 683 distinguit παρ' αὐτά,
similiter, et παρανά, statim.
Int. Syrus. *immediately*.

ib. φυτεία] Respicit ad Matt.
xv 13, et sapida (si quid ego
sentio) metaphora utitur. Non-
ne enim optime quadrant plan-
tatio, rami, arbor crucis, et fruc-
tus? COTEL. Hammondus
c. Blondellum, p. 36, Gnosticos
intelligit.

1. τοῦ σταυροῦ,] Male Interpol.
τοῦ Πάτρος. Metaphora hac de
arbore crucis plusquam semel

usus est S. Ignatius. SMITH.
Cureton. p. 235, *and their fruit
would have continued incor-
ruptible in the passion of the
cross of your Lord, whose mem-
bers ye are.*

3. προσκαλεῖται] Interpol.
ὑμᾶς παρακαλεῖ Χριστὸς εἰς τὴν
αὐτοῦ ἀφθαρσίαν, διὰ τοῦ πάθους
αὐτοῦ.

5. τοῦ Θεοῦ ... ὅς ἐστὶν αὐτός.]
Haec et quae praecesserunt, aut
non habuit in suo Cod. Inter-
pol., aut non intellexit. Sed
non omisit Vet. Int. ; quae suo
in libro ita reperiisse existimo, ὅ
ἐστὶν αὐτός. Eaque proculdubio
vera est scriptura. VOSSIUS.
Fortasse hoc vult B. Martyr,
qui Deus est ipse Christus.
SMITH. Voss. et Galland.
mallent ὁ, Aldrichius vel ὁ vel

Si enim^y essent, apparerent utique rami Crucis, ^{y Si utique C. C.} et esset utique fructus illorum incorruptibilis: per quem, in passione ipsius, advocat vos, existentes membra ipsius. Non potest igitur caput nasci sine membris; Deo unionem repromittente, quod^z est ipse. ^{z quae C. C.}

XII. Saluto vos a Smyrna, cum compresen-
tibus mihi Ecclesiis Dei; qui secundum omnia
me quiescere fecerunt carne et spiritu. Depre-
cantur vos vincula mea, quae pro Jesu Christo <sup>Eph. vi 20.
Col. iv 3,
18</sup> fero, petens Deo frui. Permanete in concordia ve-
stra, et ea quae cum adinvicem oratione. Decet
enim vos singulos, praecipue et Presbyteros, re-
frigerare Episcopum, in honorem Patris, Jesu
Christi, et Apostolorum. Oro vos in charitate

7. Nihil autem mutationis opus
esse, in ed. secunda vidit Hefe-
lius, qui tamen in ed. quarta δ
in textum admisit. Non de
Divina Natura, sed de Unione
Dei ab Ipso non discrepante
intelligit Dresselius, qui con-
jicit $\acute{\omega}$ s.

8. συμπαρούσαις μοι] Ita recte
Interpol. et Int. Vet. In Cod.
utroque $\mu\omicron\nu$.

ib. οἱ κατὰ πάντα] Si quis ad
Grammatices canonas restrin-
gere ista velit, legendum fue-
rit, αἱ κατὰ πάντα. Sed reti-
nenda est haec lectio, quam
etiam Vet. Int. agnoscit. *Ec-
clesia* enim pro illis, qui *Ec-
clesiae* erant membra. Non ad-
firmarem haec, nisi toties vide-
rem in Ignatio istam loquendi
formulam occurrere. VOSSIIUS.
Interpol., majoris explicationis
causa, ut constructio inde salva
fieret, et quidem non inficte,
 $\delta\nu$ οἱ ἡγούμενοι. SMITH. Gal-

landius $\alpha\acute{\iota}$; sed non est mutan-
dum. Ignatius enim hic ad
missos ecclesiarum illarum ad-
vertit. HEFELIUS.

10. τὰ δεσμά μου,] S. Paulus
ad Eph. vi 20, ad Col. iv 3, 18,
ut adhortationes suae in animis
lectorum stimulum relinquerent,
suorum meminit vinculorum.

11. περιφέρω,] Vid. supra Ep.
ad Eph. § 11.

13. ἐξαιρέτως καὶ] Legendum
videtur καὶ ἐξαιρέτως.

14. ἀναψύχειν] Vox ab Apo-
stolo Paulo sumpta, 2 Tim. i
16, et a vetustissimis Scripto-
ribus Christianis saepissime u-
surpata. PEARSON.

15. καὶ τῶν ἀποστόλων.] In Cod.
Laur. legimus particulam καὶ, a
Salvinio praetermissam, ideo-
que, ut videtur, a Russelio un-
cinis inclusam.

16. εἰς μαρτύριον] Cf. Ep. ad
Philad. § 6, ἵνα μὴ εἰς μαρτύριον
αὐτὸ κτήσονται.

ριον ὡ ἐν ὑμῖν γράψας. Καὶ περὶ ἐμοῦ δὲ προσεύχασθε, τῆς ἀφ' ὑμῶν ἀγάπης χρῆζοντος ἐν τῷ ἐλέει τοῦ Θεοῦ, εἰς τὸ καταξιωθῆναι με τοῦ κλήρου οὗ περίκειμαι ἐπιτυχεῖν, ἵνα μὴ ἀδόκιμος εὔρεθῶ.

Salutationes et Valedictio.

ΙΓ'. Ἀσπάξεται ὑμᾶς ἡ ἀγάπη Συμυρναίων καὶ 5 Ἐφεσίων. Μνημονεύετε ἐν ταῖς προσευχαῖς ὑμῶν τῆς ἐν Συρίᾳ ἐκκλησίας· ὅθεν καὶ οὐκ ἄξιός εἰμι λέγεσθαι, ὧν ἕσχατος ἐκείνων. Ἐρρωσθε ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, ὑποτασσόμενοι τῷ ἐπισκόπῳ ὡς τῇ ἐντολῇ, ὁμοίως καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ· καὶ οἱ κατ' ἄνδρα ἀλλή- 10 λους ἀγαπάτε ἐν ἀμερίστῳ καρδίᾳ. Ἀγνίζετε ὑμῶν

1. ἐν ὑμῖν γράψας.] Pseudo-Ignatius hic reposuit, ὑμῖν γράψας, ommissa praepositione. Quod tamen non erat opus. Nam non hoc minus rectum est quam alterum, et idem prorsus valet. Obviae sunt apud optimos etiam auctores id generis locutiones. VOSSIUS. Quoad exemplum illud similis locutionis ab Ep. ad Rom. § 3 ductum, fallitur vir doctus; ibi enim Interpolator, etiam in ed. Vossiana, ἐβασκάνατε οὐδενί, et Cod. Colbert. ἐβασκάνατε οὐδένα. Bunsenius conferri jubet ἐν οἷς ἐλάλησα, in Ep. ad Philad. § 6.

3. οὗ περίκειμαι] Vet. Int. *quae conor*: fortean mendose pro *conor*, i. e. *circundor*, *cingor*: *quae me*, morte appropinquante, *circumstat*. Alter Int. *cui subiaceo*. Vedelius legit *παράκειμαι*, *propinquus*, *vicinus sum*; et interpretatur, *quam propediem consequar*. Non vero mihi displicet prior lectio, quam Cod. Med. et Vulgati prae se ferunt. An *ὑπόκειμαι* vel *πρόκει-*

μαι? SMITH. Cotel. interpretatur, *ad quam assequendam jam destinor*: Hefelius, *quae me*, morte appropinquante, *circumstat*; in ed. quarta vero, *sortem qua circumdatus sum*. Armenius, *portiones ad quas vocatus sum*. Bunsenius conjicit οὐπερ ἔγκειμαι ἐπιτυχεῖν.

5. ἡ ἀγάπη Συμυρναίων] i. e. Smyrnaei. PEARSON. Cf. supra, § 3, et Ep. ad Smyrn. § 12, ἡ ἀγάπη τῶν ἀδελφῶν.

8. λέγεσθαι,] Subintellige *ποιμῆν* sive *Episcopus*: quod ob modestiam reticet. Vide Ep. ad Smyrn. § 11, et ad Eph. § 21. SMITH. Cum Smitho facit Hornemannus: Vedelius vertit, *unde esse non dignus sum qui dicar*, *cum sim eorum ultimus*; eumque sequuntur Cotel. Ruchat. Wakius, Chevalier. Woherus. Armenius, *cuius non sum dignus vocari apostolus*.

9. ὡς τῇ ἐντολῇ,] Si Vet. Int. fidendum sit, addendum fuerit τοῦ Θεοῦ. Sed neque id necessarium; neque ita sancte

audire me, ut non in testimonium sim in vobis scribens. Sed et pro me orate, ea quae a vobis, charitate indigente in misericordia Dei, ad dignificari me haereditate, qua conor potiri, ut non ^{1 Cor. ix 27.} reprobus inveniar.

XIII. Salutatur vos charitas Smyrnaeorum et Ephesiorum. Mementote in orationibus vestris ejus quae in Syria Ecclesiae; unde non dignus sum dici, existens extremus illorum. Valete in ^{1 Cor. xv 9.} Jesu Christo; subjecti Episcopo, ut Dei mandato, similiter et Presbyterio. Et singuli adinvicem diligite in impartibili corde. Castificate vestrum meum spiritum, non solum nunc, sed et quando

semper Interpres Graeca reddidit, quin et aliquando verbum unum, aut alterum, quamvis raro, de suo adensus sit. VOSSIUS. Cf. Ep. ad Smyrn. § 11, κατὰ θέλημα δὲ κατηξιώθη, ubi alia hujus dictionis exempla notavi.

II. Ἀγνίζετε ὑμῶν τὸ ἐμὸν πνεῦμα,] Int. Vet. sensu nullo. Unde apparet vetustissimum hoc in Graecis Codd. mendum. Inde Interpol. sic emendare conatus est: Ἀσπάξεται ὑμᾶς τὸ ἐμὸν πνεῦμα, ut in Ep. ad Rom. [§ 9] scribitur, quod ab hoc loco alienum est, ut ex sequentibus patet. Lux autem aliqua nescio quo modo ex vulgato Int. Lat. qui sic reddidit: *Castificet vos spiritus meus*: ut recte videretur levi mutatione hunc locum restituisse Vossius, dum legit Ἀγνισμα ὑμῶν τὸ ἐμὸν πνεῦμα. Vid. Ep. ad Eph. § 8. Nam si illic retineatur ἀγνίζομαι, hic legendum ἀγνίζεται. PEARSON. Arndtius putat Igna-

tium ἀγνίζεται, i. e. ἄγνισμά ἐστι, scripsisse; Coteler. et Smith. ἀγνίζηται, ad quorum mentem locum interpretantur Hornemannus, *expiet vos vita mea*, vel *pro vestra salute me devoveo*; Wakius et Chevall. *My soul be your expiation*; Woher. *Durch euch möge meine Seele gesühnet werden*. Holstenius, *Purificate vos meum spiritum*. Longe a textu Graeco abit Armenius, *Desiderio tenetur erga vos spiritus meus*. Hefelius mallet Ἀγνίζηται ὑφ' ὑμῶν, *Lustrari a vobis debet spiritus meus*. Cf. p. 292 l. 3. Dresselius dedit Ἀγνίζεται e Cod. Casan. in quo, diphthongo ai erasa, manus sec. scripsit ἀγνίζετε; et adjunxit [ὑφ'] hortante Franzio. Beyerus lectioni Interpolatoris, Ἀσπάξεται ὑμᾶς κ. τ. λ. longe majorem veritatis speciem tribuit. Dissert. Hist. Crit. Lips. 1722, p. 54. Ruchatus Cod. Laur. lectionem tuetur, hoc scilicet sensu, *Purifiez votre esprit, qui est aussi le*

τὸ ἐμὸν πνεῦμα, οὐ μόνον νῦν, ἀλλὰ καὶ ὅτ' ἂν Θεοῦ ἐπιτύχω. Ἔτι γὰρ ὑπὸ κίνδυνόν εἰμι· ἀλλὰ πιστὸς ὁ Πατήρ ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ πληρῶσαί μου τὴν αἴτησιν καὶ ὑμῶν, ἐν ᾧ εὐρεθείητε ἄμωμοι.

mien ; et non seulement il l'est ‘ veut donc faire entendre aux
à présent, mais aussi quand ‘ Tralliens, que leur âme est la
j'aurai obtenu Dieu. ‘ S. Ignace ‘ sienne, c. d. qu'il les aime ten-

utique Deo fruar^y. Adhuc enim sub periculo sum : ^{y sed et}
 sed fidelis Pater in Jesu Christo^z implere petiti- ^{quam Deo}
 nem meam et vestram : in quo inveniamini inco- ^{atque fru-}
 inquinati. ^{ar. C. C.}
^{z in Christo}
Jesu C. C.

<p>‘ drement, comme lui-même, et ‘ qu’il s’intéresse à leur salut ‘ autant qu’au sien propre, et</p>	<p>‘ qu’il aura toujours ces senti- ‘ ments pour eux, et pendant sa ‘ vie, et après sa mort.’</p>
--	---

ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ.

ΙΓΝΑΤΙΟΣ, ὁ καὶ Θεοφόρος, τῇ ἡλεημένη ἐν
 μεγαλειότητι Πατρὸς ὑψίστου, καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ
 τοῦ μόνου Υἱοῦ αὐτοῦ, ἐκκλησίᾳ ἡγαπημένη καὶ πε-
 φωτισμένη ἐν θελήματι τοῦ θελήσαντος τὰ πάντα ἅ
 5 ἐστὶν κατὰ ἀγάπην Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν,
 ἣτις καὶ προκάθηται ἐν τόπῳ χωρίου Ῥωμαίων,

1. ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ.] Cod. Caiensis, 'EPISTOLA IGNATHI TERTIADecIMA, AD ROMANOS. 'Quanto desiderio captat mori pro Christo, et quod non impediatur passionem ejus.' Haec ad Romanos, sola ex S. Ignatii Epistolis genuinis in Codd. Laur. et Casan. non legitur. Exstat autem in Cod. MSto 1451, olim 460, Bibliothecae Colbertinae, e quo Ruinartus, mortuo jam Pearsono, eam divulgavit anno 1689, in Appendice ad Acta Primorum Martyrum Genuina atque Sincera. Legebatur antea in Versione veteri Latina, cui ab Usserio jam olim publici juris factae, apprime consonus est textus Graecus. Quod in Codd. desideraretur, forsitan in causa fuit argumentum Epistolae a caeteris diversum. In hac Epistola, necnon in ea ad Polycarpum, minus inter se variant Recensionum duarum lectiones. Per totam Epistolam Metaphrastes haud pauca omittit, necnon lectionis varietatem praebet.

2. ΙΓΝΑΤΙΟΣ] Hujus Epistolae duae exstant, ut Syriacae, ita quoque Armeniacae Versionis Recensiones. Syriaca utraque reperitur in Curetoni libro, altera, pp. 40, 230, altera Actis Ignatii inserta, sed perquam manca, pp. 224, 254. Armeniaca vero altera in ed. Epp. Const. p. 85, altera in Martyrio hujus Patris exhibitae est, quod legitur in Vitis Sanctorum, x 95, Venet. 1810-14. PETERMAN.

ib. Θεοφόρος,] Addit Symeon Metaphrastes, qui integram hanc Epistolam citat, ἐπίσκοπος τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἀγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας. Et plane contra morem Ignatii, et saeculi. VOSSIUS. Injuste Baurus arrogantiae arguit Ignatium quod hoc cognomento usurpet; Christianos enim universos eodem nomine ornat, Ep. ad Eph. § 9. Vocem Θεοφόρος de Domino nostro Jesu Christo usurpasse Basilium, docet Suicerus, quem usum admittere volebat Cyrillus Alex. quia nomine isto calide abutebatur Nestorius. Vid.

AD ROMANOS.

IGNATIUS, qui et Theophorus^a, habenti propi-^{a Theopho-}
 tiationem in magnitudine Patris altissimi, et Jesu
 Christi solius Filii ipsius, Ecclesiae dilectae et
 illuminatae in voluntate volentis omnia quae sunt
 secundum dilectionem Jesu Christi Dei nostri
 (quae et praesidet in loco chori Romanorum, digna

Barrovium, Homil. 24 in Sym-
 bolum Apostolicum.

ib. ἡλεημένη] Cod. Nydpruce.
 contra aliorum consensum, ἐύ-
 λογημένη legit. USSER. Ex-
 emplar Symeonis Metaphr. in
 Bibliotheca Parisiensi ἡλειμμένη.

3. μεγαλειότητι] Vox de Deo
 usurpata a S. Petro, 2 Ep. i 16,
 et a S. Luca Evangelista, ix 43;
 de Christo, Orig. in Jo. 81 A,
 122 E, [ed. Huet. tom. iv
 87 E, 131 C ed. Ben.] c. Cel-
 sum, pp. 150, 323; [ed. Spenc-
 cer.] Clem. Alex. vocat μεγαλείου
 κράτος. [Strom. vi 16, p. 809
 ed. Potter.] Tertullian. 'Deus
 summum magnum.' [adv. Mar-
 cion. i § 3.] PEARSON.

ib. Πατὴρ ὑψίστου.] Ὑψιστος
 proprium Dei epithetum: unde
 ὁ Ὑψιστος idem quod Deus,
 Act. vii 48, et Christus Υἱὸς
 Ὑψίστου, Luc. i 32. PEAR-
 SON. Ita MS. non, uti Cle-
 ricus, ὑψίστου Πατὴρ. In ver-
 sione Fragmenti hujus Episto-
 lae a Syro in Mart. Ignatii
 conservati, Curetonus non ag-
 noscit Πατὴρ. *to her who is
 magnified in the greatness of
 the Most High.* p. 254.

ib. καὶ Ἰησοῦ] Haec usque ad
 ἡμῶν l. 6 ap. Int. Syrum non
 leguntur. Fragmentum autem,
 p. 254, locum exhibet integrum.

4. μόνου Υἱοῦ αὐτοῦ,] Ita Cod.
 Colbert. ad cuius fidem et
 scripturam Clericus non revo-
 cavit lectionem Cotelerii τοῦ
 μονογενοῦς αὐτοῦ Υἱοῦ.

ib. ἡγαπημένη] Caeteri Graeci
 Codd. ἡγιασμένη. Cum Cod.
 Colbertino consentiunt Sym. et
 Vet. Int. SMITH.

5. θελήσαντος] In vulgatis ποι-
 ῆσαντος. Sed lectio prior integra
 est, nec immutanda: quippe ad
 mentem S. Ignatii in Ep. ad
 Magn. § 3, Εἰς τιμὴν οὖν ἐκείνου
 τοῦ θελήσαντος. Mutavit autem
 Interpol. ad vitandam, ut puta-
 bat, ταυτολογίαν, quia τὸ θελήματι
 praecessit. SMITH. Frag-
 mentum ita interpretatur Cure-
 tonus: *by the will of God who
 bindeth and holdeth all, and
 the love of Jesus Christ.* p. 254.

7. ἦτις καὶ] Particulam καὶ
 omittunt Codd. vulgati, neque
 restituit Clericus.

ib. προκάθηται] Eustathius in
 Dionysium, p. 118, [ed. Steph.]
 de Antiochia, ἐξ ὧν αὐτὴ ἡ τῆς

ἀξιόθεος, ἀξιοπρεπής, ἀξιομακάριστος, ἀξίέπαινος, ἀξιεπίτευκτος, ἀξίαγνος, καὶ προκαθημένη τῆς ἀγάπης,

κοίτης Συρίας προκαθημένη. Edic-
tum exstat apud Johannem An-
tiochenum : Ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μη-
τροπόλει, ἱερᾷ καὶ ἀσύλω, καὶ αὐτο-
νόμῳ, καὶ ἀρχούσῃ, καὶ προκαθημένη
τῆς ἀνατολῆς, Ἰουλιὸς Γάιος Καῖσαρ,
κ. τ. λ. p. 278. [ed. Oxon. 1691.]
PEARSON. Curetonus, p. 230,
her who presideth. Fragm. p.
254, *her who has the first seat*.
ib. ἐν τόπῳ χωρίου Ῥωμαίων,
In ipsa urbe Roma cum subur-
bis. Libanius in Dianam, p.
666, [tom. ii ed. Morell.] de
Atheniensibus, δυοῖν δὲ ὄντων
σφίσι πλείστου ἀξίου χωρίου,
Πειραῖως τε καὶ τῆς Ἀκροπόλεως.
Smyrn. Decret. ed. Oxon. p. 15,
τὸ χωρίον Παλαιαμαγνησίῳν. Orig.
in Johan. 159 E. [ed. Huet. iv
172 A ed. Ben.] ἐκεῖ τοῦ τό-
που χωρίου παρακλήσεως. I Cor.
i 2, ἐν παντὶ τόπῳ, αὐτῶν τε καὶ
ἡμῶν, idem quod ἐν ὄλῃ τῇ Ἀ-
χαΐᾳ. II Cor. i 1. Non infre-
quenter nomen civitatis aut in-
colarum τῷ τόπῳ adjungitur ;
ut in titulo Epistolae, quam
Abgarus Princeps Edessae ap.
Euseb. H. E. i 13 inscripsit
Jesu Σωτῆρι ἀγαθῷ, ἀναφανέντι ἐν
τόπῳ Ἱεροσολύμων h. e. *praeci-*
puè quidem Hierosolymis et lo-
cis circumvicinis. Χωρίον veteri
Glossario *villa et rus*. An le-
gebat Vet. Int. χοροῦ an χώρου ?
Judaee urbem incolebant tem-
pore Augusti, Josephus xvii
12 ; [ed. Basil. XVII xiii 1,
p. 783 ed. Hudson.] trans Ti-
berim, Philo Legat. ad Caium,
1014 C [ed. Turneb. et Hoc-
schel. Tom. ii 568 ed. Mangey.]
Christiani autem, non tantum

in urbe trans Tiberim, sed in
suburbis. PEARSON. Bar-
baram hanc locutionem ἐν τόπῳ
χωρίου Ῥωμαίων putat Casau-
bonus, Exercit. xvi ad Annales
Baronii, Num. 150, cujus aucto-
ritate fretus Vossius ex Int.
Vet. reponit χώρου : et fatendum
est S. Ignatium choris etiam
alibi comparare Christianorum
coetus. Usserius contra suspi-
catur Int. Vet., Graeca voce re-
tenta, *chorii* scripsisse. Mei-
bomius, Praef. ad Dialog. de
Proportionibus, pro χωρίου au-
dacter et infeliciter restituit Κυ-
ρίου. Has conjecturas impro-
bant Smith. et Clericus, quo-
rum ille explicationem Pearsoni
accipit, monetque non opus
esse ut illa ad regiones subur-
biciarias referatur, quod suave
aliquorum insomnium est ; hoc
enim esset res diversorum sac-
culorum contra fidem historiae
commiscere. Windischmannus,
Meibomii conjecturae haud ini-
quus, censet Ignatium simplex
nomen Ῥώμῃ ideo circumscri-
bere voluisse, quia in immensa
tum temporis Urbe Christiani
plerique in uno loco, τόπῳ, re-
gionis urbanae commorabantur,
et sic proprium quasi oppidum
formabant. Vindic. Petr. p. 70.
Vedelius comparari jubet S.
Lucae ix 10, locum nequaquam
parallelum ; ibi enim vocem
ἔρημον habemus additam, quam
in Evangelista laudando prae-
termittit editor Genevensis.
Curetonus, p. 230, *in the place*
of the country of the Romans.
p. 254, *in the place of the Ro-*

Deo, digna decentia, digna beatitudine, digna laude, digne ordinata, digne casta, et praesidens

mans. Bunsenius, *quae in dignitate sua, seu officio episcopali praesidet regioni Romanorum.*

1. ἀξιόθεος,] Nisi parum admodum fiderem auctoritati Symeonis Metaphrastae, et ego possem credere omnia haec epitheta spuria esse. Sed cum vel ex hac sola Ep. adpareat, Logotheten istum non multo sanctius Ignatium tractasse, quam fecerit Pseudo-Ignatius, nulla est ratio, cur ei plus tribuamus, quam alteri. Veteris Int. auctoritas major mihi est, et hic, et ubique, quam istorum duorum. Praeterea si composita haec epitheta cujusquam aures offendant, nae ille parum versatus sit in primorum Christianorum scriptis legendis. Quantum opere delectati sunt illi talibus vocabulis, vel sola Clementis Ep. ad Rom. testari possit. Sed neque Barnabae, et Polycarpi Epistola, iis plane destituuntur. Quod si Ignatius magis ea insectatur, quam alii, cogitandum, non omnibus esse eundem in scribendo genium. Neque etiam Christianitas hoc requirit, ut una omnibus sit dictio; praesertim in re diversa. Vide Ep. ad Eph. ubi similia epitheta in Ephesios congesta invenies. VOSSIUS. Haec novem epitheta non agnoscuntur a Symeone Metaphr. in Codd. Laur. et Paris. ubi legimus Ῥωμαίων, ἦν καὶ ἀσπάζομαι κ. τ. λ. eaque praetermittit Wakius.

ib. ἀξιοπρεπής,] Aliter Syrus. ap. Curetonum, p. 230, *worthy*

of life. p. 254 vero, *worthy of His splendour.*

ib. ἀξίεπαυος,] Post hanc vocem Curetonus inserit ἀξιομνημόνευτος ex Inscript. Ep. ad Tarsenses, et mox omittit ἀξίαυος, pro qua voce Bunsenius rescribit ἀξίαυος = ἀξιόλογος.

2. ἀξιεπίτευκτος,] Cod. Colbert. ἀξιοεπίτευκτος ἀξιοάυος. Mire Vedelius, *dignissima quae invisatur.* Melius Ruinartus, *digna quae voti compos fiat.* Curetonus, p. 230. *worthy of happiness.* p. 254. *worthy of those things which she asketh.* Petermannus, *digna assequi desideria.* Int. Vet. legebat ἀξιεπίτακτος, eamque veram lectionem esse perhibet Ruchatus. Cod. Nydrprucc. ἀξιεπίστευτος, ἀξίαύος.

ib. προκαθημένη τῆς ἀγάπης,] Pulchra ἀντανάκλασις, et a nostro saepius usurpata. Dixerat, ἥτις προκάθηται ἐν τόφῳ, quae in loco maxime praesidebat; nunc eandem in charitate etiam praeminere Ecclesiam ostendit; et inter reliqua epitheta sane praeclara has etiam laudes inserit, quod inter reliquas Ecclesias Romana in operibus misericordiae et charitatis eminebat. Id vero nos docet Dionysius Corinthiorum Episcopus in Ep. ad Rom. 55 post hanc anno scripta, apud Euseb. H. E. iv 23, Ἐξ ἀρχῆς γὰρ ὑμῖν ἔθος ἐστὶ τοῦτο, πάντας τοὺς ἀδελφοὺς ποικίλως εὐεργετεῖν, ἐκκλησίαις τε πολλαῖς ταῖς κατὰ πᾶσαν πόλιν ἐφόδια πέμπειν . . . πατροπαράδοτον ἔθος Ῥωμαίων Ῥωμαῖοι διαφρυ-

Χριστόνυμος, Πατρώνυμος, ἦν καὶ ἀσπάζομαι ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ Υἱοῦ Πατρὸς, κατὰ σάρκα καὶ πνεῦμα ἠνωμένοις πάσῃ ἐντολῇ αὐτοῦ, πεπληρωμένοις χάριτος Θεοῦ ἀδιακρίτως, καὶ ἀποδιωλισμένοις ἀπὸ παντὸς ἀλλοτρίου χρώματος, πλείστα ἐν Ἰησοῦ 5 Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν ἀμόμως χαίρειν.

Desiderium vi-

Α'. ΕΠΕΙ εὐξάμενος Θεῷ ἐπέτυχον ἰδεῖν ὑμῶν

λάττοντες. Vide ibi plura. PEARSON. Cf. Routh. Reliq. Sacr. i 179, 185. Hefelius reddit, *praesidens universo coetui Christianorum*; cuius sensus utinam exempla dedisset magis ad rem quam *προκαθημένη τῆς ἀνατολῆς* ex Jo. Antioch. p. 278, Oxon. 1691, et *προκαθεζομένη τῆς ἑφας* e Greg. Naz. Orat. xliii 14.

ib. *τῆς ἀγάπης*] Curetonus, [ἐν] ἀγάπῃ, καὶ πεπληρωμένη ἐν νόμῳ Χριστοῦ ἀμόμως πλείστα χαίρειν.

1. Χριστόνυμος,] Smithus, post Voss. mallet Χριστόνομος, uti cum Vet. Int. legisse videntur Syrus et Armenius. Sed meliorem esse lectionem Cod. Colbert. ostendit sequens verbum Πατρώνυμος.

ib. Πατρώνυμος,] Haec usque ad χρώματος, non agnoscit Epist. Int. Syrus. Fragmentum ita exprimit versio Curetoniana: *in the name of the Father I . . . ; and in the name of the Son, in the flesh and mixed with the Spirit, I, who am supported in all the commandments of God by His grace and His mercy, without division and purged from all strange things, more especially through Jesus Christ our God, blameless, peace and joy I give.* p. 254.

2. κατὰ σάρκα] Forte excidebat particula τοῖς, (quam tamen non agnoscit Vet. Int.) quae in vulgatis reperitur: quod videtur elegantius. SMITH.

3. ἠνωμένοις] Symeon Metaphr. in Codd. Paris. ἠνωμένην.

ib. πάσῃ ἐντολῇ] Vet. Int. legebat ἐν πάσῃ, quod fortasse suppleri debet. SMITH.

4. ἀδιακρίτως,] Haec imitatus est Clemens Alex. 95, ἀδιακρίτως ἐνταῦθα ἡρραβωνισμένοις. [Paedag. i 6, p. 115 ed. Potter. qui interp. *absque ullo discrimine.*] PEARSON.

ib. ἀποδιωλισμένοις] Int. noster *abstractis* reddidit; Vetus vulgatus, *ablutis*; Morelius magis proprie, *expurgatis* ac *defaecatis* exposuit. Notum enim est ex Matt. xxiii 24 quid sit *διωλίζειν τὴν κώνωπα*. USSER. *Ab omni admixtione haeretici dogmatis purgatis*: allusione ad lepram facta, quae colorem morbidum, debitaque crasi contrarium, corpori inducit. SMITH. Cf. Ep. ad Philad. § 3.

7. Ἐπεὶ εὐξάμενος] Omnino legi oportet cum utroque Interprete *ἐπευξάμενος*, *deprecans*. Haec voce composita antea utitur S. Ignatius. Librarius vero,

in charitate ^b, Christi habens legem, Patris nomen : ^b *caritate*
 quam et saluto in nomine Jesu Christi, filii Pa- ^c *C.*
 tris) secundum carnem et spiritum unitis in omni
 mandato ipsius, impletis gratia Dei indivisim,
 et abstractis ab omni alieno colore ; plurimum
 in Domino Jesu Christo Deo nostro immaculate
 gaudere.

I. DEPRECANS Deum, attigi videre vestras

qui perperam dividebat, ad connectendum sensum, et ne oratio contra regulas Grammaticae suspensa videretur, particulam γάρ post δεδεμένος sustulit, quam retinet uterque Interpres. SMITH. Vedel. Us-ser. et Dresselius, ἐπευξάμενος, et sic Symeon Metaphr. quoque in Codd. Paris. Vox autem composita non nisi in Mart. Ign. §§ 2, 7, legitur. Int. Syrus. ap. Cureton. p. 230, *Long since have I prayed to God that I might be accounted worthy to behold your faces.* Fragm. p. 254, *I have prayed, and it has been granted to me, that I should behold their faces.* Bunsenius e Syro restituit, Πάλαι ἐπευξάμενος . . . ἐπιτυχεῖν.

ib. ἐπέτυχον ἰδεῖν] Mos loquendi imposuit viris doctissimis, ut locum hunc immutatum irent. Et certe quis est, qui ex his verbis non colligat, Ignatium Romae fuisse, quum ista scriberet? Atqui Smyrnae haec sunt exarata, ut ex tota Epistola constat ; non tantum ex fine. Quod eo magis dico, ne quis putet, epilogum esse spurium. Ait autem Ignatius, sese precibus suis a Deo impetrasse, ut Christianos illos,

qui Romae erant, aliquando videat. Ἐπέτυχον autem vertit vetus translator, *attigi* : nimirum, quod scopum attingere proprie hoc vocabulum significet. Sed quis sic loquentem hic intelligat? Rectius alter eo recentior interpret, et ipse tamen vetus, reddidit *merui* : et ita ubique. Non defuere tamen viri docti, qui hanc verbi ejus interpretationem, tanquam ineptam, exploserint. Quod forsitan illis non excidisset, si scivissent, *mereri* non tantum significare ἀξιοῦσθαι, sed et τυγχάνειν. Plinius Junior : [Ep. i 8] ‘Sequi enim gloria, non appeti, debet : nec si casu aliquo non sequatur, idcirco quod gloriam non meruit, minus pulchrum est.’ Passim hoc verbi ita sumitur. VOSSIUS. Pro ἐπέτυχον Junius forte legendum existimat ἐπιτυχῶν vel ἐπιτυχῶς : nisi forte interpungendo sic legatur ; Ἐπευξάμενος, τοῦ Θεοῦ ἐπέτυχον, ἰδεῖν, &c. vel sic, Ἐπευξάμενος τοῦ Θεοῦ ἐπιτυχεῖν καὶ ἰδεῖν. USSER. In loco Pliniano quem Vossius adducit, Cortius negationem omittere mavult, quo facto vis consueta verbi *meruit* retinetur.

dendi Romanos declarat, optatque Martyrium ni Romani precibus suis moram ei afferant.

τὰ ἀξιόθεα πρόσωπα, ὡς καὶ πλέον ἡτούμην λαβεῖν, δεδεμένος ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐλπίζω ὑμᾶς ἀσπάσασθαι, εἴνπερ θέλημα τοῦ Θεοῦ ἢ τοῦ ἀξιωθῆναί με εἰς τέλος εἶναι· ἡ μὲν γὰρ ἀρχὴ εὐοικονόμητός ἐστιν, εἴνπερ χάριτος ἐπιτύχω, εἰς τὸ τὸν κληρὸν μου ἀνεμ- 5 ποδίστως ἀπολαβεῖν. Φοβοῦμαι γὰρ τὴν ὑμῶν ἀγάπην, μὴ αὐτὴ με ἀδικήσῃ· ὑμῖν γὰρ εὐχερές ἐστιν, ὃ θέλετε ποιῆσαι· ἐμοὶ δὲ δύσκολόν ἐστιν τοῦ Θεοῦ ἐπιτυχεῖν, εἴνπερ ὑμεῖς φείσησθέ μου.

1. ἀξιόθεα] Hanc vocem legas supra in Ep. ad Magn. § 2, et in Inscript. Ep. ad Trall. Symeon Metaphrastes in Codd. Paris. habet ἀξιοθέατα, (uti legisse videtur Int. Vet.) in Cod. Laur. ἀξιόθεα.

ib. ὡς καὶ] In vulg. Codd. οὔς. Male prorsus. SMITH. Armenius, in Martyrio, *quantumcunque petii, plus etiam accepi*, ac si legisset ὡς ἡτούμην πλέον καὶ ἔλαβον. PETERMAN. ὡς καὶ—λαβεῖν non agnoscit Syrus. Fragmenti lectionem ita reddidit Curetonus: *their faces that are worthy of God, which from a long time I have asked, that I may find in the flesh.*

2. δεδεμένος] Vocem γάρ, quam ex utraque Vers. Vet. et Interpol. addendam esse monuit Vossius, uncinis inclusam Hefelius subdidit in ed. secunda; in quarta autem omisit. Cureton. et Bunsen. exhibent [νῦν] δεδεμένος. Vox ipsa δεδεμένος non agnoscitur in Martyrii Fragmento ap. Cureton. p. 254.

ib. ἀσπάσασθαι.] D. Pearsonus in ora Codicis sui emendavit, ἀσπάξασθαι. Certissimum autem est, illud legisse utrumque Inter-

pretem. SMITH. Int. Syrus, *to meet you and salute you.* In Fragm. *come and salute you.*

3. θέλημα τοῦ Θεοῦ] τοῦ Θεοῦ omissum volunt Coteler. et Smithus, Int. Vet. obsequuti: quam scripturam tuetur Int. Syrus ap. Cureton. p. 230, *if there be the will that I should be accounted worthy to the end.* Fragment. p. 254, *if there be this will, and I be accounted worthy to bear these things even to the end.* Legitur in Cod. Colbert. Cf. supra, ad Eph. § 15.

4. εἰς τέλος εἶναι.] Junius iέναι, absque ulla necessitate. Metaphrastes εἰς τέλος οὕτως εἶναι, prorsus insubide. SMITH.

ib. ἡ μὲν γὰρ] ἡμῶν γὰρ Hornemannus.

ib. εὐοικονόμητός] Apud Medicos, *digestu facilis*; sicut et *δυσοικονόμητος, digestu difficilis.* Ruchat. *le commencement est en bon train.* Woher. *der Anfang ist glücklich eingeleitet.* quibus adstipulatur Syrus in Epist. *for the beginning is well disposed.* Permiere in Fragm. *For, if in the beginning, and if in the end, by the good administration which I have begun I look for-*

dignas visione facies; ut et amplius petebam accipere. Ligatus enim in Christo Jesu, spero vos salutare, siquidem voluntas sit ut dignificer in finem esse. Principium quidem enim bene dispensatum est: siquidem gratia mea^c potiar, ^{c mea C. C.} ad haereditatem meam sine impedimento lucrari. Timeo enim charitatem^d vestram ne ipsa me ^{d caritatem C. C.} laedat. Vobis enim facile est, quod^e vultis facere: ^{e quae C. C.} mihi autem difficile est Deo potiri, siquidem^f vos ^{f si quidem C. C.} non parcitis mihi.

ward that I may obtain the grace &c.

5. *ἐάνπερ χάριτος*] Metaphrastes, *ἐάνπερ τῆς χάριτος ἐπιτύχω τὸν κληρὸν μου κ. τ. λ.* Peterman. et Merxius suspicantur Syrum loco *χάριτος* legisse *πέραςτος*. Cureton. exhibet, *ἐάνπερ ἐπιτύχω εἰς πέρας [ἵνα]*; et mox *ἀνεμποδίστως [διὰ τοῦ παθεῖν] ἀπολαβεῖν*. Bunsenius vero, et Lipsius, *εἰς πέρας ἐπιτύχω τὸν κληρὸν μου ἀνεμποδίστως ἀπολαβεῖν τῷ παθεῖν*.

7. *ὑμῖν γὰρ εὐχερές*] Martyrii desiderio flagrans B. Ignatius verebatur, ne Romani, vel precibus ad Deum et homines, vel pecunia, aut per vim eum a supplicio eximerent. Mos quippe erat Christianorum, tantum quantum poterant niti, ut fratres propter fidem captos et damnatos liberarent: quod discimus ex Const. Apost. iv § 9, v §§ 1, 2, ex Luciani Peregrino, [§ 12,] et ex Euseb. H. E. vi 40. Quamvis autem id a Romanis effici nequiverit, amoris est nihilo minus omnia tuta timere. COTEL.

9. *ἐάνπερ ὑμεῖς φείσησθέ μου.*] Προφάσει φιλίας σαρκίνης, ut applicationis causa addit Interpo-

lator. Eandem cautionem mox repetit S. Ignatius, *ἐάν περ ὑμεῖς μὴ κωλύσητε.* [§ 4.] Hinc ergo emendanda est vetus versio, delendo particulam negativam, quae abest quoque ap. Metaphrast, et in Cod. quo usus est alter Int. etiam Vet. *tamen potero, si vos reperceritis mihi.* Pearsonus illam non male retineri posse censet, si debito suo loco in contextu Graeco restituantur. Illum vide fuse dissestantem de hac periocha, Vindic. ii 135. SMITH. Conjecturae Pearsoni objicit Ruchatus, lectionem *μὴ ἐπιτυχεῖν*, i. e. *ἀποτυχεῖν*, flagitare *δύσκολον ἂν ἦν* pro *δύσκολόν ἐστι*. Clericus et Smithus, *ὑμεῖς φείσησθέ μου*, cum Cod. Colbert. Particulam negativam ante *φείσησθε*, quam habet Interpolator, quam agnoseunt Int. Vetus, Syrus, et Armenius, uncinis recte incluserat Usse-rius. Aliter autem Churtono visum est; et Lipsius hanc lectionem, ut durio-rem, praefere-ndam esse censet. In Fragmento ap. Cureton. p. 255, *more especially if your sparing be upon me.* Aldrichius, minime ad fidem Cod. Colbert. *φείσεσθε.*

Vehementer illos obtestatur, ne hanc ei gloriam invidiant.

Β'. Οὐ γὰρ θέλω ὑμῖν ἀνθρωπαρεσκῆσαι, ἀλλὰ Θεῷ ἀρέσαι, ὡσπερ καὶ ἀρέσκετε. Οὐ γὰρ ἐγὼ ποτε ἔξω καιρὸν τοιοῦτου Θεοῦ ἐπιτυχεῖν· οὔτε ὑμεῖς, εἰάν σιωπήσητε, κρείττονι ἔργῳ ἔχετε ἐπιγραφῆναι. Ἐὰν γὰρ σιωπήσητε ἀπ' ἐμοῦ, ἐγὼ γενήσομαι Θεοῦ· εἰάν δὲ ἐρασθήτε τῆς σαρκός μου, πάλιν ἔσομαι τρέχων. Πλέον μοι μὴ παράσχησθε τοῦ σπονδισθῆναι Θεῷ, ὡς ἔτι θυσιαστήριον ἑτοιμόν ἐστιν· ἵνα ἐν ἀγάπῃ

1. Οὐ γὰρ—ἀρέσκετε.] Haec non exprimit Epistolae Versio Syriaca. Fragmenti lectionem ita reddit Curetonus: *But I entreat you, because I have no desire that you should please men, for lo also ye do please.*

ib. ὑμῖν ἀνθρωπαρεσκῆσαι.] *No-lo enim vobis tanquam hominibus placere.* Hanc lectionem perinde contra Grammaticae rationem atque auctoris mentem esse censet Smithus, qui e Metaphrasta et utroque Int. restituit ἡμᾶς, quod in libb. Clerici, Russel. Hefel. et Dresselii legitur. Syr. et Arm. ἡμᾶς agnoscunt. Woherus, *Nicht menschengefällig will ich seyn vor euch.* Senioris Graecitatis vocabula sunt ἀνθρωπαρέσκειν et ἀνθρωπαρεσκεία. Cf. Lobeck. ad Phrynichum, p. 621.

4. ἐπιγραφῆναι.] Cureton. εὐρεθῆναι. Ruchatus confert Euseb. H. E. ii 25 de Nerone, ἐνέδει δὲ ἄρα τοῖς πᾶσι καὶ τοῦτ' ἐπιγραφῆναι αὐτῷ, ὡς ἂν πρῶτος αὐτοκρατόρων, τῆς εἰς τὸ θεῖον εὐσεβείας πολέμιος ἀναδειχθείη.

ib. Ἐὰν γάρ] In Cod. Angelico, saec. xi, Dresselius reperit Ἐὰν οὖν. Particulam γάρ, quin- quies intra decem lineas posi-

tam, ne semel quidem agnoscit Syrus.

5. ἀπ' ἐμοῦ,] h. e. περὶ ἐμοῦ. Sed altera lectio, vetusta quidem, ut ex nostro Int. liquet, tolerari potest. SMITH.

ib. γενήσομαι] Curetonus, in Epistola, *If ye leave me, I shall be the word of God; but if ye love my flesh, again am I to myself a voice.* In Fragm. *if ye be quiet from me, I am to myself the Word of God; but if ye love my flesh, I am then a Voice.* Bunsenius, Syrum defendens, reddit, *Dei gloriam divulgabo.* Loca in quibus Origenes distinguit inter λόγον et φωνήν indicat Curetonus; Comment. in S. Johan. iv p, 118 ed. Ben. Cf. pp. 85 et 149; in S. Matt. iii pp. 441, 549. Eandem distinctionem servat Johannes Monachus ap. Cureton. pp. 240, 241.

6. πάλιν ἔσομαι τρέχων.] Vet. Int. vox. Forte, ut in margine annotavit Usser., *velox. Iterum in hoc stadio, cujus metam prope attingo, mihi erit decurrendum:* vel potius, in hoc cursu et itinere adhuc detinebor, nec Romam adibo. SMITH. Interpretatio illa longe melior

II. Non enim volo vos hominibus placere, sed Deo^g placere, quemadmodum et placetis. Neque enim ego habeo aliquando^h tempus tale Deo potiusⁱ endi: neque vos, si taceatis, meliori operi habetis^j inscribi. Si enim taceatis a me, ego ero Dei^k: si autem desideretis carnem meam, rursus factus sum vox. Plus autem mihi non tribuetis, quam sacrificari Deo, dum adhuc sacrificatorium paratum est: ut, in charitate^l chorus effecti, cantetis

^g sed Deo: quemadmodum C.C.

^h habeo aliquid C.C.

ⁱ habetis C.C.

^k ergo verbum Dei C.C.

^l caritate C.C.

est. Toupius infeliceiter reponit ἔσομαι ματαίως τρέχων, conferens I Cor. ix 26, et S. Polyc. ad Philipp. § 9. Curetono, p. 292, uterque Syrus pro τρέχων videtur legisse ἡχώ, ad mentem Int. Veteris. Bunsenius refingit πάλιν ἔσομαι ἑμαντοῦ ἡχώ, quam loquendi formam nostri temporis usum sapere censet Merxius.

7. Πλέον μοι μὴ παράσχησθε] Locus recte constitutus ex MSto quem, in vulg. Codd. corruptum, πλέον δέ με παρέχεσθε, Us- ser. et Pearsonus ex Vet. Vers. hoc modo restituerunt: πλέον δέ μοι μὴ παρέχεσθε vel οὐ παρέξεσθε. h. e. mihi majus beneficium conferre non potestis. SMITH. Curetonus, *Ye will not give me any thing which is better than this, that I should be sacrificed to God.* Metaphrast. in Codd. Par. et Laur. πλέον δέ μοι παράσχεσθε. An pro παρέχεσθε? potius autem mihi praebebe, curam date ut immoler.

ib. σπονδισθῆναι Θεῷ,] Imitatur S. Paulum, qui quum Romae morti proximus esset, ἤδη σπένδομαι dixit. [II Tim. iv 6.] Ἄ σπένδω σπονδή: idem igitur est σπένδεσθαι et σπονδίζεσθαι, quamvis haec vox minus usi-

tata. PEARSON. Cod. Colb. σπονδισθῆναι. Alio sensu, foedere concilior, legitur ap. Damascen. Ep. ad Theoph. de Imagin. § 18, τῷ διαβόλῳ σπονδίζόμενος. i 639 D ed. Le Quien.

8. ὡς ἔτι] Cf. Ep. ad Smyrn. § 9.

ib. ἴνα—ἄσητε] Carmen se- quale Ecclesiae Deo canebant, quando Martyr aliquis hujus cito labentis vitae certamen pro Christo intrabat: pie orantes, ut Deus daret illi felicem in eo consummationem; inquit hic Faber Stapulensis. USSER. Veteres Christiani carmen canebant in laudem Martyrum, qui feliciter certamen suum consummassent. Sed non id voluit hic Ignatius. Quamvis enim Martyrum memoriae ingenti laudum commemoratione etiam in primitiva Ecclesia celebrarentur; non tamen sanctitas Ignatii patiebatur, ut tale quid a Romanis postularet. Quam ab omni laude, et praeconio sui, alienus fuerit, pluribus in locis satis ostendit. Illud vero rogat, ut concorditer canant Deo, gratiasque illi agant, quod dignus habitus sit, qui martyrii beneficio adficeretur. VOSSIUS.

χωρὸς γενόμενοι ἄσητε τῷ Πατρὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὅτι τὸν ἐπίσκοπον Συρίας ὁ Θεὸς κατηξίωσεν εὐρεθῆναι, εἰς δύσιν ἀπὸ ἀνατολῆς μεταπεμφάμενος. Καλὸν τὸ δῦναι ἀπὸ κόσμου πρὸς Θεὸν, ἵνα εἰς αὐτὸν ἀνατεῖλω.

5

Potius Deum rogent, ut ei ad tantum certamen vires suppeditet.

Γ'. Οὐδέποτε ἐβασκάνατε οὐδένα· ἄλλους ἐδιδάξατε. Ἐγὼ δέ θέλω, ἵνα κάκεῖνα βέβαια ᾖ, ἀμαθητεύοντες ἐντέλλεσθε. Μόνον μοι δύναμις αἰτεῖσθε ἔσωθέν τε καὶ ἔξωθεν, ἵνα μὴ μόνον λέγω, ἀλλὰ καὶ θέλω· ἵνα μὴ μόνον λέγωμαι Χριστιανὸς, ἀλλὰ καὶ εὐρεθῶ. Ἐὰν γὰρ καὶ εὐρεθῶ, καὶ

1. τῷ Πατρὶ] Syrus legebatur Θεῷ τῷ Πατρὶ ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ [τῷ Κυρίῳ]. Cureton. p. 43.

2. τὸν ἐπίσκοπον Συρίας] Quum Antiochia esset caput et metropolis Syriae, ipse autem esset Episcopus Antiochiae constitutus, non immerito se *Episcopum Syriae* appellat. Nam licet Metropolitae nomen ea tempestate non inveniatur, ille tamen Episcopus, qui in metropoli consistebat, aliquod jus habuit in Ecclesiis in aliis urbibus metropoli subjectis secundum leges Romanas. Unde postea talis Episcopus *Μητροπολίτης*, a Latinis *Metropolitanius* dicebatur. PEARSON. Curetonus monet Syrum neque *Συρίας* neque *εὐρεθῆναι* legisse: *because He deemed a Bishop worthy that he should be God's.*

ib. *εὐρεθῆναι, εἰς δύσιν*] Cod. Colbert. hac in periocha accuratissime consentit cum Vet. nostro Int. cuius auctoritas hinc maximi aestimanda est. Facessant ergo omnes conjecturae, ut *πορευθῆναι εἰς δύσιν*,

[quod reponit Junius] et harulationes Interpol., qui male legendo *καλῶν* pro *καλόν*, et alia verba addendo, omnia misere corruptit. *Δύσιν* et *ἀνατολή* respectu Antiochiae, unde devenerat, et Romae, quo properabat, ob diversam climatum positionem hic opponuntur. De occasu suo in hoc mundo sibi gratulatur S. Ignatius, utpote in altero apud Deum, instar solis aut stellae exoriturus. Hujus loci ampliorem illustrationem vide apud Pearson. *Vindic.* i 131. SMITH.

3. ἀπὸ ἀνατολῆς] Maestraeus diem obitus sui propinquum designasse Ignatium asserit; quem ab eo vocari *exortum* et *natalem* addit, communi illo more a Christianis recepto, quo dies, quibus Martyres passi fuerant, *Natalitii* appellabantur. Probabilius multo Vedelius Ignatium metaphora a siderum ortu et occasu ducta usum fuisse existimat. Quo referendum et illud Chrysostomi, de eodem Ignatio, tom. v ed. Savil.

Patri in Jesu Christo, quoniam^m Episcopum Sy-^m quia C.C.
riae dignificavit Deus inveniri, in Occidentemⁿ abⁿ Occidente
Oriente transmittens. Bonum occidere a mundo C.C.
in Deum, ut in ipso oriar.

III. Nunquam invidistis in aliquo : alios edocuistis. Ego autem volo, ut et illa firma sint, quae docentes praecepistis. Solum mihi potentiam petatis ab intra et ab extra, ut non solum dicam, sed et velim ; non ut solum dicar Christianus, sed et inveniar. Si enim inveniar, et dici

p. 503, [ii 598 ed. Ben.] καθάπερ ἡλιός τις ἐξ ἀνατολῆς ἀνίσχων, καὶ πρὸς τὴν δύσιν τρέχων· et Graecorum in Menaeo suo (ad diem 20 Decembris) Ignatium ita alloquentium, Τοῖς δρόμοις τῆς πίστεως, ὡς ἡλιος, τὴν γῆν γενναίως διέδραμες, ἀπ' ἄκρων οὐρανοῦ· καὶ δύνας ἀδύτως ἀπὸ γῆς εἰς Χριστόν, τὸ φῶς συναστράπτει αὐτῷ τῆς ἀφθαρσίας. USSER.

4. τὸ δῦναι] Cureton. p. 230, *that I should set from the world in God, that I may rise in Him in life.* Inter Excerpta ex Homiliis Severi, p. 247, *It is good to set from the world and to rise in Christ.*

6. ἐβασκάνατε οὐδένα.] Codd. vulg. et Symeon οὐδενί· quod plane idem est. Utrumque enim casum regit verbum. Int. Vet. ἐν οὐδενί. Hanc gloriam moriendi pro Christo nemini adhuc invidistis : vos, inquam, qui alios exemplo et hortatibus ad martyrrium pro nomine Christi subeundum animare soliti fuistis. SMITH. Formam usitatiorem ἐβασκάνατε exhibet Symeon Metaphr. Grammatici veteres distinguunt βασκαίνεν τινά, *invidere*, et βασκαίνεν τινά,

calumniari. Quam casuum distinctionem sequens Uhlhornius, p. 53, vertit, *Ihr habt nie Jemanden irre geleitet.* Wakius vertit, *Ye have never envied any one ;* quemadmodum et Curetonus. Woherus, *Noch nie habet ihr Jemand beneidet.* Ruchatus ita παραφράζει : *Vous n'avez jamais été jaloux du bonheur de qui que ce soit ; et jamais la jalousie ne vous a porté à mettre obstacle au bonheur de quelqu'un.* Cf. infra, § 7, Βασκανία ἐν ὑμῖν μὴ κατοικεῖτω, et Galat. iii 1.

7. Ἐγὼ δέ—ἐντέλλεσθε.] Haec non agnoscit Syrus.

8. μαθητεύοντες] Sensu speciali. Conf. S. Matt. xiii 52, xxviii 19 ; Act. xiv 21.

ib. Μόνον μοι δύναμις] Russel. cum Interpol. Μόνον δύναμις αἰτείσθῃ μοι . . . Curetonus, αἰτείσθῃ μοι δοθῆναι.

9. ἵνα μὴ μόνον] ὅπως μὴ μόνον Russel. cum Interpolatore.

11. Ἐὰν γὰρ καὶ εὐρεθῶ.] Particulam καὶ non agnoscunt Vet. Int. Syr. Armenius. Aliter interpungit Curetonus : Ἐὰν γὰρ εὐρεθῶ, καὶ λέγεσθαι δύναμαι. Ἐῶς εἶσομαι πιστὸς, ὅταν κ. τ. λ.

λέγεσθαι δύναμαι, καὶ τότε πιστὸς εἶναι, ὅταν κόσμῳ
μὴ φαίνωμαι. Οὐδὲν φαινόμενον, αἰώνιον. “Τὰ
“ γὰρ βλεπόμενα, πρόσκαιρα· τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα,
“ αἰώνια.” Ὁ γὰρ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς,
ἐν Πατρὶ ὢν, μᾶλλον φαίνεται. Οὐ σιωπῆς μόνου ⁵
τὸ ἔργον, ἀλλὰ μεγέθους ἐστὶν ὁ Χριστιανισμός.

Ferarum
dentibus
commoli
cupit, ut
purus Chri-
sti panis in-
veniatur.

Δ'. Ἐγὼ γράφω ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ ἐντέλλο-
μαι πᾶσιν, ὅτι ἐγὼ ἐκὼν ὑπὲρ Θεοῦ ἀποθνήσκω,
ἐάνπερ ὑμεῖς μὴ κωλύσητε. Παρακαλῶ ὑμᾶς, μὴ
εὐνοια ἄκαιρος γένησθέ μοι. Ἐφετέ με θηρίων εἶναι ¹⁰

2. αἰώνιον.] ἀγαθὸν reponi ju-
bent Hefel. et Bunsenius, ex
Int. Vet. et Syro. Curetonus,
p. 43, exhibet καλόν. Armenius
uterque ἀγαθόν legisse videtur.

ib. Τὰ γὰρ βλεπόμενα—αἰώνια.]
Hunc versiculum S. Pauli, II
Cor. iv 18., a Metaphrasta re-
tentum, non habent Syri, neque
Int. Vet. quorum silentium
nescio an probet haec verba,
utpote recens adjecta, inter glos-
semata esse censenda.

4. Ὁ γὰρ Θεὸς κ. τ. λ.] Hanc
reliquam hujus sectionis par-
tem penitus omisit Symeon,
priorem sententiam vero Inter-
polator. S. Ignatius hoc modo,
ni fallor, explicandus est. Pas-
sionibus Christianorum, qui pro
ipsius nomine mortem, tanta
cum animi lubentia et constan-
tia, oppetunt, *Christus Deus
noster*, licet jam in coelo apud
Deum humana natura existens,
hominibus *manifestior fit*: vel
si malis, qui *in Patre est*, per
ineffabilem divinae essentiae
communicationem, invicta Mar-
tyrum fortitudine, *magis mani-
festatur*. SMITH. Curetonus,
in Epist. p. 230, *For there is*

*nothing which is seen that is
good. The work is not [a
matter] of persuasion, but Chri-
stianity is great when the world
hateth it.* in Fragm. Timothei
Alex. p. 243, *There is nothing
which is seen that is becoming.
For our God, Jesus Christ,
being in the Father, is the more
seen. The work is not of per-
suasion, but the Christian is of
greatness when he is hated by
the world.* Hefelius interpre-
tatur, *Christus post ascensionem
suam magis glorificatur.*

5. Οὐ σιωπῆς—ὁ Χριστιανισμός.]
Ita Cod. Colb. cujus, si Cleri-
cum audias, sententia est, Chri-
stianam religionem non esse
quae timido silentio premi de-
beat, sed quam *μεγαληγορία*
(quod vult Ignatius voce *μεγέ-
θους*) comitetur necesse est,
qualem in antecedentibus et
sequentibus verbis animadver-
tere est. Nimis audacter nec
tamen feliciter emendat Tou-
pius, qui, ad marginem exem-
plaris sui, ‘*Lego οὐχ ἔδρας ἔργον,
‘οὐδ’ ἀμβολᾶς*, ut respexerit
‘*Bacchylid. et Int. Vet. forsitan
‘sessionis.*’ Quam quidem lo-

possum : et tunc fidelis esse, quando^o utique ^{o quom C. C.} mundo non appareo. Nihil apparentia bonum est. Deus enim noster Jesus Christus in Patre existens magis apparet. Non suasionis opus sed magnitudinis est Christianus ; quando^p utique ^{p quom C. C.} oditur a mundo.

IV. Scribo Ecclesiis, et praecepit^q omnibus, ^{q praecepit C. C.} quoniam^r volens pro Deo morior ; siquidem vos ^{r quom C. C.} non prohibeatis. Deprecor vos, non concordia intempestiva fiat mihi. Dimittite me bestiarum

cutionem laudatam habes a Dionysio Halic. in libro Περὶ Συνθέσεως Ὀνομάτων. p. 234 ed. Upton. necnon ab Athenaeo, xiv 30. Cum Vossio, ita refingunt Smith. et Ruchatus ex Int. Vet. Οὐ πεισμονῆς τὸ ἔργον ἀλλὰ μεγέθους ἐστὶν ὁ Χριστιανός, μάλιστα ὅταν μισῆται ὑπὸ κόσμον. Cui lectioni proxime accedunt Cureton. et Petermannus : Οὐ πεισμονῆς τὸ ἔργον, ἀλλὰ μεγέθους ἐστὶν ὁ Χριστιανισμός, ὅταν μισῆται ὑπὸ κόσμον. Excerpta e Timotheo, ap. Cureton. p. 243, exprimunt lectionem Int. Vet. et Interpolatoris, ὁ Χριστιανός. Metaphrastes habet ὁ Χριστιανός ὅταν μισῆται ὑπὸ κόσμον φιλεῖται παρὰ Θεοῦ. Mire Wakius, *A Christian is not a work of opinion, but of greatness of mind, especially when he is hated by the world.* Wocherus, *Nicht blos in Stilleseyn besteht das Christenthum, sondern in der (geistigen) Grösse.*

7. Ἐγὼ γράφω] Praesenti utitur, ut se paullo ante scripsisse et adhuc ad varias Ecclesias scribere significet. Omnia quae sequuntur ad Romanos solos pertinent, quod satis etiam

elucet ex illis, Μᾶλλον κολακεύσατε τὰ θηρία, nemini praeter Romanos convenientibus. WINDISCHMAN. Vindic. Petrin. p. 68. Conf. infra, § 10 ad init.

ib. ταῖς ἐκκλησίαις,] Russel. cum Interpol. πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις, quam lectionem tumentur uterque Syrus et Armenius.

10. εὐνοία] Ita cum Cod. Colbert. Metaphrastes. Int. Vet. in Cod. suo videtur reperisse ὁμόνοια. Mox pro γέννησθε Smithus reponit γένηται. Curetonus, p. 230, *I intreat you, be not affected towards me by the love that is unseasonable.* p. 235, *be not in love that is unseasonable.* Bunsen. pro Curetoni [ἐν] εἰνοία ἀκαιρῷ lubens rescriberet εἰνοία ἀκαιροί.

ib. Ἀφετέ με] Adeone hospites fuisse in Ecclesiastica Antiquitate viros, qui in litteris consenuerant, ut Ignatio studium effundendi pro Christo sanguinis sui, tamquam rem miram exprobrarent? Eja, vos appello quotquot vel a limine salutastiam sacram disciplinam : quid aliud personant Acta et Vitae Martyrum et Sanctorum, Historiae

βορὰν, δι' ὧν ἔνεστιν Θεοῦ ἐπιτυχεῖν. Σίτος εἰμι Θεοῦ
καὶ δι' ὀδόντων θηρίων ἀλήθωμαι, ἵνα καθαρὸς ἄρτος
εὐρεθῶ τοῦ Χριστοῦ. Μᾶλλον κολακεύσατε τὰ θη-
ρία, ἵνα μοι τάφος γέωνται, καὶ μηθὲν καταλίπωσι

Ecclesiasticae, Cyprianicae Epistolae, Opera Patrum, quam votum flagitationemque Martyrii, ardorem atque impatientiam moriendi patiendique ad verae Religionis testimonium? Hinc Martyrum, Confessorum, Sanctorum, alii alia fecisse memorantur: precibus suis caeterorumque Christianorum a Deo sibi suisque postulasse Martyrii donum; sese Magistratibus jussu Dei obtulisse, mortem ab iis gratiae loco petiisse, ad fugam non potuisse adigi; e carcere, in quem conclusi fuerant, noluisse exire, quum liceret, quumque rogarentur; iudiciis et carnificibus, quod per illos vita excederent, gratias egisse; doluisse quum liberati essent, aut dilati; multaque id genus designasse, quae infinitum sit sermone sequi. Duo ad exemplum erunt fortia facta Cypriani et Basilii, quantae pietatis, quantae doctrinae Episcoporum! Ille jussit spiculatori aureos dari viginti aut viginti quinque. Hic, testibus Socrate [H. E. iv 26] ac Theodoro, [H. E. iv 19] dixit Modesto, Praefecto, qui mortem minabatur, 'Utinam te non mutares, minasque exsequeris.' Ex innumeris vero Ecclesiae magistrorum locis pauca producam. 'Voti tunc,' ait Hieronymus in Vita Pauli Eremitae, [§ 2, Opp. ii p. 3 ed. Vallars.] 'Christianis erat, pro Christi nomine gladio percuti.

'Verum hostis callidus tarda ad mortem supplicia conquirit, animas cupiebat jugulare, non corpora. Et ut ipse, qui ab eo passus est, Cyprianus ait, [Ep. 56 ed. Fell.] "Volentibus mori non permittebatur occidi." In Severo, Lib. ii Sac. Hist. de persecutione Diocletiana sic habetur: 'Quippe certatim gloriosa in certamina ruebatur; multoque avidius tum martyria gloriosis mortibus quaerebantur, quam nunc Episcopatus pravis ambitionibus appetuntur.' [p. 140 ed. Drus.] Quae gravis adversus multorum mores querela non latebat doctos Hierarchiae Ecclesiasticae inimicos. De Petro et Paulo quae obijciuntur loca, Act. xii 5 et xxi 13, ad rem nullatenus faciunt, nec adversariorum causam sublevant. Magis nostram adjuvat Paulus, Phil. i 21 &c. prout a Veteribus explicatur. Quod ad S. Ignatium spectat, satis mentem illius declarat effatum, ἐγὼ τῶν θηρίων ἐκείνων ὄναιμην, apud Chrysostomum in ejus Encomio. COTELER.

1. βορὰν,] Cod. Colbert. βορρὰν, uti et Codd. Paris. Metaphrastae. Interpolator, βρῶμα. Vocem omittunt Cureton. et Bunsenius.

ib. Σίτος εἰμι] Varias lectiones, absque sensus diversitate, colliges ex Interpol., Intt., Actis Ignatii, ac Menaeo Graecorum,

esse cibum, per quas est Deo potiri. Frumentum sum Dei: et per dentes bestiarum molar, ut mundus panis inveniar Christi. Magis blandite bestiis, ut mihi sepulchrum fiant, et nihil derelinquant eorum quae corporis mei; ut non dor-

necon ex Irenaeo, v 28, Euseb. H. E. iii 36. Rufino ibidem. Hieronymus; 'Quumque jam 'damnatus esset ad bestias, ardore patiendi, quum rugientes 'audiret leones, ait; Frumentum Christi sum, dentibus 'bestiarum molar, ut panis 'mundus inveniar.' [De Viris Illust. § 16, tom. ii p. 843 ed. Vallars.] COTEL. Ven. Bedam, Comm. in Apoc. xviii, 'Nam 'et B. Ignatius fertur dixisse 'passurus, *Frumentum Dei 'sum; bestiarum dentibus molar,*' consulto omittere potuit Pearsonus, quod Beda ex Hieronymo, non ex ipsa Ignatii Epistola exscripsisse videtur. Quae vero ex Martyrologio, Bedae nomine quondam edito, exhibet Curetonus, pp. 186, 7, ea non Bedae esse sed recentioris et insulsi sarcinatoris, Simeone Metaphraste junioris, Heuschenius olim vidit. CHURTON. in ed. Vindic. p. 87. Cf. p. 527.

2. ἀλήθωμαι,] Ita dedi cum Pearson. et Cotel. uti legit Int. Vet. ἀλέθωμα Cod. Colbert. ἀλήθωμα legebatur Syrus, quem sequitur Armenius. Sic Eusebius quoque, H. E. iii 36, hanc sententiam ab Irenaeo, adv. Haer. v 28, adductam, exhibens. Modus conjunctivus Ignatii animum melius exprimit, uti monet Bunsenius. ἀλήθωμα hic habent Metaphraetae Codd. Paris. et Laur.

3. τοῦ Χριστοῦ.] Versiones Curetoni et Petermanni exprimunt τοῦ Θεοῦ.

ib. μάλλον κολακεύσατε] 'Id 'paene tantumdem est, ac si 'eos roget, ut sui sint carni-fices:' exclamat Dallaeus. Quantos igitur excitasset tumultus, si ab Ignatio simile quid factum dictumve fuisset Dionysii Alex. facto, et dicto magni Basilii, quae narrantur ab Eusebio ac Rufino? Scilicet, Dionysius, quum e manibus abducentium eriperetur per Christianos, vociferatus rogavit obtestatusque est hos, coepto desisterent; aut, si quid praeclari efficere vellent, satellites praevenirent, eique caput absunderent. Basilii vero vox fuit; 'Utinam aliquid mihi esset digni muneris, quod offerrem huic, qui maturius Basilium de nodo follis hujus 'absolveret.' COTEL. Non tali auxilio eget Ignatius. Hisce et talibus dictis, quae Martyrii studium aequo forsitan vehementius produnt, B. Pater, non sine tumore quodam et jactantia, quibus inflatos fuisse Asianos Quinctilianus notat, Inst. Or. xii 10, testatur se ad omnes cruciatus perferendos alacrem et promptum, pro Christo lubentissime esse moriturum. Curetonus, pp. 230, 235, *With provoking provoke ye the beasts,* quem ad modum et infra, -p. 398 l. 2.

τοῦ σώματός μου, ἵνα μὴ κοιμηθεῖς βαρὺς τινι γένωμαι. Τότε ἔσομαι μαθητῆς ἀληθῶς τοῦ Χριστοῦ, ὅτε οὐδὲ τὸ σῶμά μου ὁ κόσμος ὄψεται. Λιτανεύσατε τὸν Χριστὸν ὑπὲρ ἐμοῦ, ἵνα διὰ τῶν ὀργάνων τούτων θυσία εὔρεθῶ. Οὐχ ὡς Πέτρος καὶ Παῦλος 5 διατάσσομαι ὑμῖν· ἐκεῖνοι ἀπόστολοι, ἐγὼ κατάκριτος· ἐκεῖνοι ἐλεύθεροι, ἐγὼ δὲ μέχρι νῦν δούλος. Ἄλλ' ἐὰν πάθω, ἀπελεύθερος Ἰησοῦ, καὶ ἀναστήσομαι ἐν αὐτῷ ἐλεύθερος. Νῦν μαυθάνω δεδεμένος μηδὲν ἐπιθυμεῖν [κοσμικὸν ἢ μάταιον.] 10

Idem Martyrii desi-

Ε'. Ἀπὸ Συρίας μέχρι Ῥώμης θηριομαχῶ, διὰ

1. τοῦ σώματός μου,] Proculdubio excidebat τῶν ante τοῦ, uti legebat Vet. Int. et habent vulg. Codd. quod elegantius videtur; Symeon vero omisit. Ex ratione addita satis liquet, S. Ignatium, quantum in ipso erat, nimiam superstitionem in colligendis martyrum reliquiis diligentiam amoliri satagisse. SMITH. Cod. Colbert. μηθέν hic et infra § 5, non μηδὲν uti in libb. impr.

ib. κοιμηθεῖς] mortuus. Cf. B. Paul. I Cor. xv 18. [vii 39.] TOUP. Vide Clem. Rom. Ep. I § 44.

ib. γένωμαι.] Vet. Int. quasi εὔρεθῶ, quod praecedat, hic iterum in textu repeteretur. Sed manus ipsius et oculus errasse videntur. SMITH. Interpol. εὔρεθήσομαι. Metaphrastes μὴ βαρὺς γένωμαι.

2. ἔσομαι μαθητῆς] Lactantius de Mort. Pers. § 16, 'Hoc est 'esse discipulum Dei, hoc est 'militem Christi.' PEARSON. Cf. Vind. ii 9, p. 114. Pro ἀληθῶς, Metaphrastes ἀληθῆς, et mox τὸ σῶμά μου ἔτι ὁ κόσμος

ὄψεται. Int. Vet. legebat ἀληθῆς, quam lectionem unice veram existimat Smithus. Pro ἔσομαι, uti et mox pro ὄψεται, tempus praesens exprimit Versio Curetoniana.

3. σῶμα] cadaver. Cf. S. Luc. xvii 37. BUNSEN. Euseb. ii 26, τὰς πόλεις μεστὰς ἀτάφων σωμάτων.

4. τὸν Χριστὸν] Syrus legebat τὸν Κύριον ἡμῶν.

ib. διὰ τῶν ὀργάνων] Membra Ignatii a feris lacerata intelligit Hornemannus. Ruchat. les dents des bêtes féroces: melius sane.

5. τούτων θυσία] Interseri debet Θεοῦ, ex fide Vet. Int. Vulg. Codd. habent Θεῶ. Abest vero apud Symeon. qui superflue addit καθαρὰ. SMITH. Curetonus interserit Θεῶ, Bunsenius Θεοῦ.

ib. ὡς Πέτρος καὶ Παῦλος] Horum meminit, quippe qui ex Sanctis Apostolis soli Christianis Romanis interfuerant. S. Petrus ante S. Paulum nominatur, uti in Clem. Rom. i § 5.

7. ἐλεύθεροι,] Au dessus de

miens gravis alicui^s inveniar. Tunc ero discipulus^s alicui^s gravis C. C.
 verus Jesu Christi, quando^t neque corpus meum^t quum^t C. C.
 mundus videbit. Orate Christum pro me, ut per
 organa ista Dei sacrificium inveniar. Non ut Pe-
 trus et Paulus praecipio vobis. Illi Apostoli, ego
 condemnatus; illi liberi, ego usque nunc servus.
 Sed si patiar, manumissus fiam Jesu Christi; ut^{*} * f. et.
 resurgam liber. Et nunc disco, vinctus, nihil^u u nichil
 concupiscere. C. C.

V. A Syria^x usque Romam cum bestiis pugno, ^x *Siri* C. C.

l'infirmité humaine, par l'abondante mesure de grace, qu'ils avoient reçue. RUCHAT.

ib. δούλος.] Bunsenius, *Ignatius und s. Zeit*, p. 58, colligit Ignatium revera servum fuisse, comprobante Ritschlio, *Alt-Kathol. Kirche*, p. 412, reclamante Baurio, p. 62.

8. 'Αλλ' ἐὰν πάθω,] Metaphrastes, 'Αλλ' ἐὰν θελήσῃτε.

ib. ἀπελεύθερος,] Vulg. Codd. hic optime consentiunt cum Vet. Int. ἀπελεύθερος γενήσομαι Ἰησοῦ Χριστοῦ. SMITH. Huic lectioni adstipulatur Curetonus. Metaphrastes in Codd. Laur. et Paris. 1490, 1531, ἀπελεύθερος Ἰησοῦ Χριστοῦ. Cf. I Cor. vii 22, ἀπελεύθερος Κυρίου, et Ep. ad Eph. § 8.

10. κοσμικὸν ἢ μάταιον.] Haec verba, nec a Vet. Int. nec a Syro et Armenio agnita, delenda videntur Smith. Hefel. Denzingero, p. 100, Merxio, p. 51. Delevit Dresselius.

11. 'Απὸ Συρίας] Citatur integra haec sectio ab Euseb. H. E. iii 36, et Hieronymo in Script. Eccl. Catalogo: ex cuius translatione Latina novam Graecam concinnavit in-

terpres ipsius Sophronius. Producuntur ista a Gilda quoque, in Epistola qua castigat Cle-
 rum Britanniae, sed ex Rufiniana Eusebii versione. USSER. Eusebii H. E. iii 36 versionem Syriacam videas ap. Curetonum, p. 202, Anglice redditam, p. 236. Hunc locum imitatus est Pseudo-Ignatius in init. Ep. ad Tars. 'Απὸ Συρίας μέχρι Ῥώμης θηριομαχῶν οὐχ ὑπὸ ἀλόγων θηρίων βιβρωσκόμενος. Cf. Menolog. Graec. Ὡς Παῦλος δεδεμένος θηρίοις λογίκοις ἐπὶ Ῥώμην ἔτρεχες.

ib. θηριομαχῶν,] Cf. I Cor. xv 32, Εἰ κατὰ ἄνθρωπον ἐθηριομάχησα ἐν Ἐφέσῳ κ. τ. λ. quem locum de certatione cum hominibus belluinis animis et moribus feris explicant. Curetonus, p. 231, *I am cast among beasts; in versionem autem Eusebii, with beasts do I contend.*

ib. διὰ γῆς καὶ θαλάσσης,] Male haec suggillant quidam, quae recte explicari possunt, praesertim e Philone, p. 1028 B C, [ed. Turneb. et Hoeschel. de Leg. ad Caium, ii p. 583 ed. Mangey.] *terra marique: terra sc. ab Antiochia ad Seleuciam, et jam nunc Smyrnae; mari, a*

derium am-
plius et
valde em-
phaticis
verbis de-
clarat.

γῆς καὶ θαλάσσης, νυκτὸς καὶ ἡμέρας, δεδεμενος
δέκα λεοπάρδοις, ὃ ἐστὶ στρατιωτῶν τάγμα, οἱ καὶ
εὐεργετούμενοι χείρους γίνονται. Ἐν δὲ τοῖς ἀδικήμα-
σιν αὐτῶν μᾶλλον μαθητεύομαι· ἀλλ' οὐ παρὰ τοῦτο
δεδικαίωμαι. Ὀναίμην τῶν θηρίων τῶν ἐμοὶ ἦτοι- 5

Seleucia ad Smyrnam. Vide
Baronium A. 109 § 7. PEAR-
SON. Ordine inverso, διὰ θα-
λάσσης καὶ γῆς, Syrus et Hiero-
nymus. CURETON.

1. νυκτὸς καὶ ἡμέρας,] Sic Chry-
sostom. καὶ τῷ μήκει τῆς ὁδοῦ, καὶ
τῷ πλήθει τῶν ἡμερῶν τὸ φρόνημα
καταβάλλειν αὐτοῦ προσδοκῶν. ii
598 B ed. Ben.

ib. δεδεμένος] Custodia et mi-
les una catena ligabantur, ut
observavit eruditissimus Lipsius
ad Tacitum. [Cf. Act. xii 6.]
Recte admodum observatum est
Holstenio ad Passionem S. S.
Perpetuae et Felicitatis, prae
oculis Ignatii fuisse morem be-
stiarum alligandi ad feras. Sed
adversus Epistolam nostram in-
surgit infinitae vir lectionis Bo-
chartus, in Hierozoico; [I iii
8,] ubi colligit, eam saeculo
Constantini fuisse scriptam, ex
eo quod vox *leopardi* (inquit)
usurpari tunc coeperit; nec re-
periat in Romanis Scriptori-
bus ante Spartianum, Lampri-
dium, Capitolinum, Vopiscum,
Symmachum, &c. Quis vero
docuit Bochartum, omnia voca-
bula eo demum aevo nata esse,
quo in libris posita cernuntur?
Bene tamen habet, quod, multo
ante Constantinum, sub Severo,
Scriptor Passionis SS. Perpe-
tuae et Felicitatis non uno in
loco *leopardorum* meminerit.
Immo et adhuc antiquius esse
id appellationis indicatur per

haec verba Capitolini de Geta
[Ael. Spartiani, p. 260 ed.
Boxhorn.]; 'Familiare illi fuit
'has quaestiones Grammaticis
'proponere, ut dicerent singula
'animalia quo modo vocem
'emitterent: velut, agni ba-
'lant, porcelli grunniunt, pa-
'lumbes minurriunt, ursi sae-
'viunt, leones rugiunt, *leopardi*
'rictant, elephantum barriunt,
'ranae coxant, equi hinnunt,
'asini rudunt, tauri mugiunt;
'easque de Veteribus appro-
'bare.' Atque etiam verisimile
fit, Verrium Flaccum, saeculi
Augusto Principe felicis scrip-
torem, *leopardos* nominasse.
Legimus enim apud Festum;
'*Bigenera* dicuntur animalia ex
'diverso genere nata, ut *leo-*
'*pardus* ex leone et panthera.'
De leopardis additur a Bochar-
to, id vocabulum apud Graecum
alium auctorem non exstare,
esse mere Latinum, pro quo
Graece dicebatur *λεοπάρδαλις*,
quamquam hoc non legerit.
Ego, qui dictionum indices nun-
quam composui, notabam haec
in Vita S. Antonii, tom. ii
Opp. B. Athanasii p. 458, καὶ
ἦν ὁ τόπος εὐθὺς πεπληρωμένος
φαντασίας· *λεόντων, ἄρκτων, λεο-*
παρδάλων, ταύρων, καὶ ὀφείων.
[§ ix, tom. i P. 2 p. 803 ed.
Ben.] COTEL. Hos eisdem
locos conguessit Pearsonus, pp.
91—94 P. ii Vindic. quae 1672
prodierunt, eodem scilicet anno

per terram et per mare, nocte et die; vinctus decem leopardis, quod est militaris ordo: qui et beneficiati deteriores fiunt. In injustificationibus autem ipsorum magis erudior: *sed non propter hoc justificatus sum.* Sortiar bestiis mihi esse

quo Coteler. priorem suam editionem evulgavit. Verba Spartiani, quae Capitolino tribuit Cotelerius, a Pearsono recte allegantur.

2. στρατιωτῶν τάγμα,] Vet. Int. non recte τάγμα ordinem transtulit. Τάγμα, numerus militaris. Vid. Vales. p. 249. [not. in Euseb. de Vit. Const. iv 52.] Alicubi idem significat in Eusebio quod apud nostrum, manipulus. Vid. Libanium in necem Juliani, p. 266 D, [Opp. ii ed. Morell.] ubi eleganter agit de ferocia et truculentia custodum et militum. PEARSON. Smith. et Cotel. ex Eusebio et vulg. Codd. repouunt στρατιωτικόν. Utrumvis legas, glossam sapit tota haec clausula. Dissimili ratione idem quod Bochartus colligit Dalaëus, qui somniat vocem leopardus Ignatii aevo fuisse militum certi cujusdam ordinis appellationem vulgarem; Ignatiique simulatorem, ducentesimo post Patris mortem anno, nomen ad antiquitatis speciem retentum interpretando, se nimia diligentia ipsum prodidisse. De Libb. Suppos. p. 313. Conf. Pearson. Vindic. ii 91.

3. εὐεργετούμενοι] Curetonus in Epist. p. 231, *who, even while I do good to them, do evil the more to me.* in Excerpt. ex Euseb. p. 237, *who, when we do good to them, they do evil.*

ib. χείρους γίνονται.] Scilicet quo plus pecuniae a fidelibus acciperent pro relaxatione vexationis, eo acrius ex intervallo S. Martyrem vexabant, quo majorem pecuniae vim extorquerent, et Christianos copiosius emungerent. PEARSON. Vindic. ii 139.

ib. ἀδικήμασιν] Vet. Int. legisse videtur ἀδικαίωμασιν; vel saltem in animo habuit barbaram hanc vocem. SMITH.

4. παρὰ τοῦτο] i. q. διὰ τοῦτο, sive ἐν τούτῳ. Verba haec, ut observat Usserius, Paulinis respondent, I Cor. iv 4, ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι. Habentur ap. Eusebium, et in caeteris Codd., desunt vero apud Metaphrastam, ut inde, uti ex innumeris aliis, de hujus exscriptoris oscitantia certum faciamus iudicium. SMITH. Cf. supra, p. 364 l. 2. Curetonus, *not on this account am I justified to myself.* p. 231.

5. Ὀναίμην] Chrysostomus, in Ignatii nostri Encomio, [§ 5, Opp. ii 599 ed. Ben.] Ἀκούσας ὅτι οὗτος αὐτὸν τῆς τιμωρίας ὁ τρόπος μένει, Ἐγὼ τῶν θηρίων ἐκείνων Ὀναίμην, ἔλεγεν. Hieronymus in vita ejusdem, 'Utinam fruar bestiis.' USSER. Aliter Pearsonus, *potiar feris potius quam his leopardis.* Ap. Cureton. p. 231, *I rejoice in the beasts . . .* in Excerpt. ex Euseb. p. 237, *I salute the beasts which are prepared for me.*

μασμένων, καὶ εὐχομαι ἔτοιμά μοι εὐρεθῆναι. ἅ καὶ
 κολακεύσω συντόμως με καταφαγείν, οὐχ ὡς περ τι-
 νῶν δειλαινόμενα οὐχ ἦσαντο. Καὶ αὐτὰ δὲ ἄκοντα
 μὴ θελήσῃ, ἐγὼ προσβιάσομαι. Συγγνώμην μοι
 ἔχετε· τί μοι συμφέρει ἐγὼ γινώσκω· νῦν ἄρχομαι 5
 μαθητῆς εἶναι. Μηθέν με ζηλώσῃ τῶν ὀρατῶν καὶ
 ἀοράτων, ἵνα Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιτύχω. Πῦρ καὶ

11. 'Ρέφ' Ἀγαθόποδι] Armenius, ac si legisset ἅμα 'Ρέφ' ἀδελφῶ καὶ Ἀγαθόποδι. PETERMAN. 'Ρέφ' Codex uterque, unde inter duo nomina καὶ excidisse suspicatur Dresselius. Punctum vero nihil argumenti praebet, a librariis suffixum saepius nulla ratione sensus aut structurae habita: e. g. in Cod. Laur. post ἀντιλέγοντες p. 462 l. 3, post πράσσω p. 466 l. 6. Cf. not in Ep. ad Smyrn. § 10, et ad Clem. R. i § 59. Interpolator sec. Usser. habet Γαῖφ' καὶ Ἀγαθόποδι, sec. Pacaeum Γαῖφ' καὶ Ἀγαθόποδι. Grubius conjicit eundem fuisse cum illo ad quem Valentinus literas dedit a Clem. Alex. laudatas; Strom. iii § 7, p. 538 ed. Potter. Vid. Spicil. Patt. ii 53. Cf. Vossii Responsionem ad ea quae in notis ad Ignatii Epistolam reprehendit cl. D. Blondellus, ad calcem Pearsoni Vindici. p. 645 ed. Churton.

οὐ καὶ μαρτυροῦσιν ὑμῖν· καὶ γὰρ τῷ Θεῷ εὐχαριστῶ ὑπὲρ ὑμῶν, ὅτι ἐδέξασθε αὐτοὺς, ὡς καὶ ὑμᾶς ὁ Κύριος. Οἱ δὲ ἀτιμάσαντες αὐτοὺς λυτρωθείησαν ἐν τῇ χάριτι τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Salutatio-
nes.

Ἀσπάξεται ὑμᾶς ἡ ἀγάπη τῶν ἀδελφῶν τῶν ἐν 5
Τρωάδι, ὅθεν καὶ γράφω ὑμῖν διὰ Βούρρου, πεμ-
φθέντος ἅμα ἐμοὶ ἀπὸ Ἐφεσίων καὶ Σμυρναίων, εἰς
λόγον τιμῆς. Τιμῆσει αὐτοὺς ὁ Κύριος Ἰησοῦς
Χριστὸς, εἰς ὃν ἐλπίζουσιν σαρκί, ψυχῇ, πίστει,
ἀγάπῃ, ὁμοιοῖα. Ἐρρωσθε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, τῇ 10
κοινῇ ἐλπίδι ἡμῶν.

2. ἐδέξασθε] Armenius ac si
legisset ἐδεξάμην. PETERMAN.

3. Οἱ δὲ ἀτιμάσαντες] Act. v 41,
ὅτι ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ κατηξ-
ιώθησαν ἀτιμασθῆναι.

ib. λυτρωθείησαν] *Ipsis condo-
net gratia Christi.* SMITH.

5. ἡ ἀγάπη τῶν ἀδελφῶν] Vide
supra notata p. 358 l. 4.

6. Βούρρου,] Cf. Ep. ad Smyrn.
§ 12, ad Eph. § 2. Interpo-
lator ad hunc locum exhibet
Βούργου.

7. εἰς λόγον τιμῆς.] *honoris*

et testificantur vobis; et ego Deo gratias ago pro vobis, quoniam^z recepistis ipsos, ut et vos Dominus. ^{z quia C. C.}
 Qui autem inhonoraverunt^a ipsos, liberentur in ^{a inhonoraverunt C. C.}
 gratia Jesu Christi.

Salutat vos charitas multorum qui in Troade; unde et scribo vobis per Burrum, missum mecum ab Ephesiis et Smyrnaeis^b in verbum honoris. ^{b Smyrnaeis C. C.}
 Honoret et^c ipsos Dominus Jesus Christus; in ^{c et deest C. C.}
 quem sperent carne, anima, spiritu, fide, charitate, concordia. Valet in Christo Jesu, communi spe nostra.

ergo. MARKLAND. Cf. Ep. ad Smyrn. § 10. Interpres Vetus ita vertit ut sensu omnino careat.

8. Τιμήσει] Forte Τιμήσαι, Smithus, in curis secundis, versione Int. Vet., ni fallor, adductus.

9. ψυχῇ, πίστει,] Inter has voces Usser. Cotel. et Smith. inserendum volunt πνεύματι ex Int. Vet. et Interpol.

Epigraphe, ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΥΣΙΝ ΙΓΝΑΤΙΟΣ, quam, Vossium secuti, exhibent Cotel. et Smithus, deest in Cod. MSto.

ΣΜΥΡΝΑΙΟΙΣ ΙΓΝΑΤΙΟΣ.

ΙΓΝΑΤΙΟΣ, ὁ καὶ Θεοφόρος, ἐκκλησία Θεοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ ἡγαπημένου Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἡλεημένη ἐν παντὶ χαρίσματι, πεπληρωμένη ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ, ἀνυστερήτῳ οὔσῃ παντὸς χαρίσματος, θεο- 5

1. ΣΜΥΡΝΑΙΟΙΣ] Omnium frequentissime ab antiquioribus citata reperitur haec ad Smyrnaeos Epistola : Eusebio nimirum, Hieronymo, Theodoro, Ephraemio Antiocheno, Maximo, Jo. Damasceno, &c. US-SER. Versio Syriaca non existat. Fragmenta nonnulla edidit Curetonus.

2. Θεοῦ Πατρὸς] Interpol. nihil habuit quod huic loco adjiceret, praeter nomen *Altissimi*; quae vox etiam inserta est Ep. ad Romanos. Notandum autem est S. Ignatium signanter vocare *Ecclesiam Patris et Christi*; quibus verbis explicare videtur S. Paulum, qui vocare solet *ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ*. I Cor. i 2, x 32, xi 16, 22, xv 9, II Cor. i 1. Sed in Ep. I et II ad Thess. τῇ ἐκκλησίᾳ. . . ἐν Θεῷ Πατρὶ καὶ Κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ. PEARSON.

3. Ἰησοῦ Χριστοῦ,] Interpolator hic inseruit *Υἱοῦ αὐτοῦ*, sed sine ulla necessitate. Nam ὁ ἡγαπημένος *dilectum Filium* significat, praecipue ubi ad Deum respectus habetur : ut Eph. i 6,

eis ἔπαυον δόξης τῆς χάριτος αὐτοῦ ἐν ᾗ ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς ἐν τῷ ἡγαπημένῳ. PEARSON.

ib. ἡλεημένη] Vet. Int. *habenti propitiationem* : minis apposite. Melius vulg. *misericordiam consecutae* : ut Rom. xi 30, 31. Sed quum addatur ἐν παντὶ χαρίσματι, ostendit quid consecuta fuerit Ecclesia Smyrnaeorum per misericordiam qua donata est, nempe varia Dei dona. Ut S. Paulus de seipso, I Cor. vii 25, ὡς ἡλεημένος ὑπὸ Κυρίου πιστὸς εἶναι. Sic igitur interpretor ἡλεημένη ἐν παντὶ χαρίσματι, omne donum per misericordiam Christi consecutae. PEARSON. Cod. Laur. ἡλεημένη, non ελεημένη, uti Vossius.

4. πεπληρωμένη κ. τ. λ.] Modus hic loquendi haud quidem usitatus est, tamen Apostolicus. Eph. v 18, Rom. xv 14. Quod quum non animadverteret Interpol. in πεπληροφορημένη nulla necessitate convertit. Sic Clemens R. [Ep. i § 2] καὶ πλήρης Πνεύματος Ἁγίου ἔκχυσος ἐπὶ πάντας ἐγένετο. PEARSON.

5. ἀνυστερήτῳ] Int. Vet. *iu-*

AD SMYRNAEOS.

IGNATIUS, qui et Theophorus^a, Ecclesiae Dei^a Patris et dilecti Jesu Christi, habenti propitiati-^a *Theopho-*
rus C. C.
 nem in omni charismate, impletae in fide et chari-
 tate, indeficienti^b existenti omni charismate, Deo^b *et caritate*
indeficienti,
omni C. C.

deficienti. Vulg. *infraudatae*: potius, *indefectae*; et satis haec eleganter. *Indefectae* passive. Phaedrus, I xxi, [3] ‘*defectus* annis et desertis viribus.’ De Sejano, Paterculus, ii 116, ‘Non merito, sed materia adipiscen- di triumphalia *defectus* est.’ et c. 120 ait, ‘Varum magis Imperatoris *defectum* consilio, quam virtute destitutum mili- tum.’ Ad rem ipsam quod spectat, S. Ignatius sequitur Apostolum, I Cor. i 7, *ὥστε ὑμᾶς μὴ ὑστερεῖσθαι ἐν μηδενὶ χαρίσματι.* Sic ipse ad Polycarpum [§ 2] *ἵνα μηδενὸς λείπη, καὶ παντὸς χαρίσματος περισσεύης.* Hic igitur Ignatius declarat, Ecclesiam Smyrnaeorum non tantum omnia dona per misericordiam Dei accepisse, sed et ea conserve- vasse, et quum scriberet, nullo eorum destitutum fuisse. Quod quidem antiquitati harum Epi- stolarum haud parum patrocina- tur. Nam quod de Corin- thiis dictum est a S. Paulo, ut de Smyrnaeis etiam affirma- retur tot annis postea, insigne illius Ecclesiae praeconium fuit. Post Ignatii tempora legimus

in aliquibus Ecclesiis aliqua charismata perdurasse. De dono Prophetiae Justinus in Dialogo, [§ 82] *παρὰ γὰρ ἡμῖν καὶ μέχρι νῦν προφητικά χαρίσματα ἔστιν.* De dono prophetico aliisque nonnullis adhuc in Ecclesia manentibus, Irenaeus, II lvi lvii, [xxxi § 2, xxxii § 4, pp. 164, 166 ed. Massuet.] praecipue ad conversionem Gentium. De dono prophetico, et sanationis, et ejectionis Daemonum, ad sua usque tempora durante, Origenes, i. c. Celsum, p. 34 et alibi. [ed. Spencer. i § 46, i p. 361 ed. Ben.] PEARSON.

ib. *θεοπρεπεστάτη*] Interpres uterque, *Deo decentissimae.* Origenes in Exhortatione ad Martyrium *θεοπρεπέστατε Ἀμβρόσιε,* [§ 1, i p. 274 ed. Ben.] et Dionysius Alex. apud Euseb. H. E. vi 41, *καὶ νῦν ὁ θεοπρεπέστατος σὺν ἡμῖν ἐστὶ Διόσκορος.* De Christo ipso Origenes adv. Cels. iii, [§ 14, i p. 456 ed. Ben.] *θεοπρεπέστατος, καὶ ἀληθῶς θεόθεν πρὸς ἡμᾶς κατελθών.* PEARSON. Ita Cod. Laur. non *ἐνπρεπεστάτη*, uti in Aldrichii libro. Cod. Casan. *θεοπρεπεστάτης.*

πρεπεστάτη καὶ ἅγιοφόρω, τῇ οὔσῃ ἐν Σμύρνη τῆς Ἀσίας, ἐν ἀμώμῳ πνεύματι καὶ λόγῳ Θεοῦ πλείστα χαίρειν.

Gaudere se significat,

Α'. ΔΟΞΑΖΩΝ Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Θεὸν, τὸν

1. ἅγιοφόρω,] Ecclesia recte *ferax sanctorum* dicitur, quia sanctis referta est, eosque quasi parere videtur. Sic Ephesii dicuntur ἅγιοφόροι. [ad Eph. § 9.] PEARSON.

ib. τῆς Ἀσίας,] Apoc. i 4, 11. Ad Episcopos quinque urbium Asiaticarum scribit Ignatius. Erasmus vult plures Ecclesias in Asia quam septem non fuisse, quum Johannes Apocalypsin scripsit. Sed quaere. Undecim urbes Asiae certant apud Tacit. Ann. iv [§ 55] pro templo Tiberii. Urbes autem ad Commune Asiae pertinentes erant tredecim. Quatuor vero ex hisce quinque nomen Ἀσίας adjungit Ignatius, quarum tres memorantur inter Septem Asiae Ecclesias Apocalypticas; quintam autem, ut distinguat ab urbe ejusdem nominis satis celebri in eadem Asia sita, illa appellatione omissa, aliter describit, viz. ἐν Μαγνησίᾳ τῇ πρὸς Μαϊάνδρῳ. Eodem igitur sensu hic intelligenda est *Asia*, quo locuti sunt Apostoli, Petrus, Paulus, et Johannes. Scriptores alii has urbes, sigillatim recensitas, aut Lydiae, aut Aeolidi aut Ioniae adscribunt, non Asiae. Lydia autem Aeolidem et Ioniam complectebatur, et Asiam proprie dictam constituabat: Ἀσία τὸ πρότερον ἑκατέτο ἢ Λυδία. De qua re vi-

dendus omnino Aristides in *προσφωνητικῷ Σμυρναϊκῷ*, tom. i p. 475. [p. 271 ed. Jebb.] Smyrna urbs sub Tiberio omnium pulcherrima, ut testatur Strabo, hujus Asiae metropolis. Vid. Marm. Oxon. p. 47. [ed. Prideaux.] PEARSON. Infra, § 11, ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας.

2. ἐν ἀμώμῳ κ. τ. λ.] Haec ad posteriora pertinent, ut ex aliis Salutationibus patet. Ita enim ad Ephes. optans loquitur, πλείστα ἐν Ἰ. Χ. καὶ ἐν ἀμώμῳ χάριτι χαίρειν. et ad Rom. πλείστα ἐν Θεῷ καὶ Πατρὶ καὶ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰ. Χ. ἀμώμως χαίρειν. PEARSON.

ib. πνεύματι καὶ] Gronovius, Praef. in Herodot., contendit notam compendiarium Msti legendam esse *πνευματικῷ λόγῳ*.

ib. πλείστα χαίρειν.] *Plurimum gaudere*: ut, *plurimum valere*. Digest. l viii, t. 3, 37. Λούκιος Τίτιος Γαῖῳ Σείῳ πλείστα χαίρειν. Solita haec in Epistolis salutatione, brevis et concisa. Ἴδιον γὰρ πάσης ἐπιστολῆς τὸ χαίρειν καὶ ἔρρωσο λέγειν, inquit Artemidorus, iii 44. Ita S. Jacobus, [i 1] ταῖς δώδεκα φυλαῖς ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ χαίρειν. Neque tantum in Epistolis, sed et in congressibus et allocutionibus quotidianis, praesertim matutinis, eadem forma a Graecis usurpata est. De qua familiari salutatione intelligenda est illa S. Johannis cautio, Ep. II, [10]

decentissimae^c et sanctiferae, existenti in Smyrna^c Asiae; in incoquinato spiritu et verbo Dei, plurimum gaudere: ^c *condecen-*
tissimae
C. C.

I. GLORIFICO Jesum Christum Deum, qui

de seductore, *χαίρειν αὐτῷ μὴ λέγετε*. PEARSON.

4. *Δοξάζων*] Libb. impr. si Dresselium excepias, cum Interpol. et Int. Vet. *Δοξάζω*, quem ad modum legebat Syrus quoque ap. Cureton. qui, p. 246, inter Excerpt. e Severo, exhibet caput hoc integrum, et cap. 2 usque ad *ἀνέστησεν ἑαυτόν*. Similem participii usum praebent Epp. ad Eph. et Magn. Vide supra, p. 272 l. 8.

ib. *Ἰησοῦν Χριστόν*] Interpol. pro sua libidine, *Δοξάζω τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα Ἰησοῦ Χριστοῦ* quibus verbis sententiam Ignatii de vera et summa Divinitate Christi obscuravit, quam tamen ipse Ignatius semper aperte agnoscit et profitetur. Non aliter intelligi potest *διωρεὰ τοῦ Θεοῦ* in hac ipsa Epist. [§ 7], et *διακόνους Χριστοῦ Θεοῦ* [§ 10]; ad Polyc. *ἐν Θεῷ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ*, [§ 8]; ad Ephes. *καὶ αὐτὸς ἦ ἐν ἡμῖν Θεὸς ἡμῶν*, et *Θεοῦ γνῶσιν, ὃ ἐστίν* I. X. [§§ 15, 17]; et ad Rom., *ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν*. [Inscr. Addas ὁ γὰρ Θεὸς ἡμῶν I. X. § 3.] Quae omnia ad imitationem S. Johannis et S. Thomae dicta sunt, qui aperte Christum *ἐθεολόγουν*, ut loquuntur Veteres, i. e. *diserte nobis ut Deum repraesentabant*. Ita certe Ignatii aetate loquebantur, et qui statim postea secuti sunt. Vid. Plinii Ep. ad Trajanum, [x 97] et Euseb.

H. E. v 28, ix 1. Clem. Alex. 790 A. b. [Paris. 1629, p. 969 ed. Potter.] Insignis locus est Origenis adv. Celsum, 230, [ed. Spencer. *περὶ αὐτοῦ θεολογοῦσιν αἱ ἱεραὶ γραφαί*. lib. 4 ad fin. i 577 ed. Ben.] et in Johan. 139. [ed. Huet. *μετὰ τὰς Ἰωάννου μαρτυρίας, πρώτην μὲν τὴν ὑπὸ κεκραγῶτος λεγομένην καὶ θεολογούντος*. iv p. 149 ed. Ben.] Arnobius adv. Gentes, ii p. 85. [Lugd. Bat. 1651.] ‘Et ideo Christus, licet vobis invitis, Deus, Deus inquam Christus; hoc enim saepe dicendum est, ut infidelium dissiliat et dirumpatur auditus.’ Unde peculiari notione *Θεολογία* doctrina de Deitate Christi: cui opponitur doctrina de humanitate, quae *Οἰκονομία* dicebatur; et *Θεολογικά* dicebantur, quae tractabant de Deitate Christi. PEARSON. Conf. Routh. Reliq. Sacr. ii pp. 129, 130.

ib. *τὸν Θεόν*.] In hunc Articuli usum annotat Photius in Bibliotheca, cap. 229, col. 809 ed. Routhomag. p. 250 ed. Bekker.

ib. *τὸν οὐτως ὑμᾶς σοφίσαντα*.] *Qui vos adeo sapientes reddidit; sapientia sc. salutari atque divina*. Ita enim loquitur more Apostolico: ut II Tim. iii 15. Hac voce solus inter Novi Testamenti scriptores S. Paulus usus est. Reperitur vero identidem cum accusativo personae in Graeca Versione Psalmorum;

quod firmi
persistent
in fide E-
vangeliū,
cujus sum-
ma capita,
quoad doc-
trinam de
Jesu Chri-
sto, recitat.

οὕτως ὑμᾶς σοφίσαντα· ἐνόησα γὰρ ὑμᾶς κατηρ-
τισμένους ἐν ἀκινήτῳ πίστει, ὡσπερ καθηλωμένους
ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, σαρκί τε
καὶ πνεύματι, καὶ ἡδρασμένους ἐν ἀγάπῃ ἐν τῷ αἵ-
ματι Χριστοῦ. πεπληροφορημένους εἰς τὸν Κύριον ὁ
ἡμῶν. ἀληθῶς ὄντα ἐκ γένους Δαβὶδ κατὰ σάρκα,
υἷον Θεοῦ κατὰ θέλημα καὶ δύναμιν Θεοῦ, γεγενη-
μένοι ἀληθῶς ἐκ παρθένου, βεβαπτισμένοι ὑπὸ Ἰω-
άννου, ἵνα πληρωθῇ πᾶσα δικαιοσύνη ὑπ' αὐτοῦ,
ἀληθῶς ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου καὶ Ἡρώδου τετράρχου
καθηλωμένοι ὑπὲρ ἡμῶν ἐν σαρκί. Ἐφ' οὗ καρποῦ
ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ θεομακαρίστου αὐτοῦ πάθους, ἵνα ἄρη

Ps. xviii 7, c. 22. Vet. Int. οὕτως non agnoscit; agnoscit autem Interpol. cum suo Interprete, et sine dubio ita scripsit Ignatius. PEARSON.

1. ἐνόησα γὰρ] *Observavi enim.* Quapropter fuerat jam ipse Smyrnae; et ad Smyrnaeos haec Troade constitutus scribit, jam Asiae valedicturus, et in Thraciam perrecturus. PEARSON.

2. καθηλωμένους] Immobilitatem et firmitatem fidei illorum illustrat, dum eos adeo stabiles pronunciat, ac si clavis quibusdam fixi essent cruci Christi. Χριστῷ συνεσταύρωμαι, Gal. ii 20. Cf. vi 14. In Actis Pionii καθλώσεις illius Martyris memorabantur, ut tradit Eusebius. [H. E. iv 15.] Eleganter haec exprimuntur a Clem. Alex. Paedag. iii 12, [p. 303 ed. Potter.] Greg. Naz. 276 A. [tom. i ed. Morel.] Vide etiam Theodotum Ancyranum, p. 25, [πῶς ὁ Κύριος τῆς δόξης ἐσταύρωται, εἰ μὴ ἄρα

ἔνωσιν πρὸς τὸν καθηλωθέντα ἐκτί-
σατο;] Ps. cxviii 121, καθήλωσον τὰς σαρκάς μου de Christo aliqui interpretati sunt, ut Barnabas, p. 219. [ed. Voss. § 4.] PEARSON.

3. σαρκί τε καὶ πνεύματι,] Phrasis Ignatio maxime familiaris: h. e. toti et penitus, ac si ita Christo deservirent tum corpore tum animo, ut ab illo avelli non possent. Cf. I Cor. vi 20. Clemens Alex. 275 B. [ed. Sylburg. Strom. i 1, p. 323 ed. Potter.] καὶ πνεύμασι, καὶ σώμασιν. Ecclesia Gallicana σώματι καὶ ψυχῇ apud Euseb. 159 C. [H. E. v 1.] Orig. in Johan. 9 D [ed. Huet.] Διόπερ ἀναγκαῖον πνευματικῶς καὶ σωματικῶς χριστιανίζειν. PEARSON.

4. καὶ ἡδρασμένους] Secunda firmitatis metaphora, ut in Ep. ad Polyc. [§§ 1, 3,] et hac ipsa, [§ 1] et in Ep. ad Eph. [§ 10.] S. Paulo ἐδραῖοι, I Cor. vii 37, et xv 58, Coloss. i 23. Clem. Alex. τῆς ἀληθείας ἐδραϊότης. [τῆς γνώ-

vos sapientes fecit. Intellexi enim vos perfectos in immobili fide : quemadmodum clavifixos in cruce Domini nostri Jesu Christi, et carne et spiritu ; et firmatos in charitate, in sanguine Christi ; certificatos in Dominum nostrum Jesum Christum, vere existentem de genere David secundum carnem, filium Dei secundum voluntatem et potentiam Dei, genitum vere ex Virgine, baptizatum a Johanne, *ut impleatur omnis justitia* ab ipso ; Matt. iii 15. vere sub Pontio Pilato et Herode Tetrarcha clavifixum pro nobis in carne ; a cujus fructu nos,

μης, Strom. vii § 7, p. 859 Potter.] PEARSON. *καὶ* omiserunt Voss. Cotel. et Clericus. ἡδρασμένους e Cod. MSto dedi. Libb. impr. ad unum ἔδρασμένους.

5. *πεπληροφορημένους*] Theodoretus, Dial. i [tom. iv p. 49 ed. Schulze.] citat hoc modo, *πεπληροφορημένους ἀληθῶς κ. τ. λ.* et paulo post, *ὕδὸν Θεοῦ κατὰ Θεότητα καὶ δύναμιν*. Male autem apud illum est, *ἐκ τῆς πρὸς Ἑωμαίους ἐπιστολῆς*, quum *Σμυρναίους* legendum sit ; nisi sit ἀμάρτημα *μνημονικόν*. VOSSIUS. Verba Igenatii forsitan immutavit Theodoretus, quia prima facie Arianismum sapere viderentur. Vid. Ittig. H. E. Sel. Capp. ii p. 104. Cf. Ep. ad Magn. §§ 8, 11 ; Clem. Rom. I § 42 ; S. Luc. i 1, Rom. iv 21, xiv 5.

7. *κατὰ θέλημα*] Lectionem Theodreti, *κατὰ θεότητα*, in vitis Codd. et Int. Vet. tuetur Wesselingius, Probabil. Lib. Sing. cap. xxxiii. *κατὰ φύσιν* ante oculos habuisse videtur Armenius.

8. *βεβαπτισμένον κ. τ. λ.*] Haec ad veritatem humanae naturae spectant, quod fuerit Johannis

manibus contrectatus, quod a quis immersus, quod ablutus, ut alii. PEARSON.

10. *ἐπὶ Πορτίου Πιλάτου*] Ut in Ep. ad Magn. [§ 11.] Praeter eos, qui enarrarunt historice, primus Paulus, I Tim. vi 13, Iren. I xxix, [de Marcione, I xxvii § 2 ed. Massuet.] Justin. Apol. [i § 13] juxta Symbolum Apostolicum. Haec ad Tral- lianos [§ 9] e Smyrna brevius : eadem nunc e Troade ad Smyrnaeos scribit plenus et explicatius. PEARSON.

11. Ἐφ' οὐ καρποῦ] Vet. Int. *A cujus fructu*, ligni sc. quod hic subintelligendum est. Patet hoc ex Ep. ad Trall. § 11. Ipse enim Christus, pendens in ligno, quasi fructus ejus intelligitur. Interpol. quum non videret quo modo haec recte intelligi possent, expuncta voce *καρποῦ*, Ἐφ' οὐ καὶ ἡμεῖς ἔσμεν simpliciter dixit. PEARSON.

12. *θεομακαρίστου*] Hanc lectionem, veram ni fallor, Interpol. exhibet. Edd. *θεομακαρίων* habent, et in Cod. Laur. *θεομακαρίτων* scriptum esse affirmant. Sed membrana hic adeo in τϛ-

σύσσημον εἰς τοὺς αἰῶνας διὰ τῆς ἀναστάσεως, εἰς τοὺς ἁγίους καὶ πιστοὺς αὐτοῦ, εἴτε ἐν Ἰουδαίοις, εἴτε ἐν ἔθνεσιν, ἐν ἐνὶ σώματι τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ.

Vere, non in apparentia passum esse, contra Docetas asserit.

Β'. Ταῦτα γὰρ πάντα ἔπαθεν δι' ἡμᾶς, ἵνα σωθῶμεν. Καὶ ἀληθῶς ἔπαθεν, ὡς καὶ ἀληθῶς ἀνέστησεν ἑαυτόν· οὐχ ὥσπερ ἄπιστοὶ τινες λέγουσιν τὸ δοκεῖν αὐτὸν πεπουθέναι, αὐτοὶ τὸ δοκεῖν ὄντες· καὶ καθὼς

gas replicata est, ut duas has literas σ τ, quas librarius noster arcissime conjungere solet, olim intra hoc spatium existisse facillime cum Salvinio credas. Dresselius e Cod. Casan. θεομακαρίτου dedit. Θεομακαριστότατε habet P. Pater in Ep. ad Polyc. § 7. μακαρίον et μακαρίτου saepe confunduntur. Vid. Routh. Reliq. Sacr. iii 354. Versionem Syri ita exprimit Curetonus, Excerpt. e Severo, p. 246, *whose fruit we are, from His suffering divinely blest.* Petermannus exhibet, *et a signo illo quod dignos reddidit nos beatitudine Divinitatis.*

ib. ἵνα ἄρη σύσσημον] Phrasis Prophetica, Es. v 26, xlix 22, lxii 10. Neque LXX soli hac voce utuntur, sed et Aquila Es. lix 19. Αἶρειν σύσσημον idem quod Graccis αἶρειν σημεῖον, qua phrasi nulla illis usitatior; unde Hesychius et Suidas, Σύσσημον σημεῖον. Ut ante, finem baptismi, ita nunc finem crucifixionis ostendit. Crux Christi omnes τοῦ σημεῖου usus exprimit, ad colligendum exercitum, ad collectum convocandum, ad expectandum hostem, ad pugnandum, ad victoriam. PEARSON. Vide infra in Fragm. Polycarpi 5, 'Crucis vexillum.' Aliter Vossius, 'Resurrectionem Christi vocat

σύσσημον, quia nobis haec 'data commune resurrectionis futurae signum,' Vairlenius loco vocis σύσσημον legendum putat συσσωμούς, vertitque, *ut assumeret vos concorporales*—qua voce et Apostolus utitur, Ep. ad Ephes. iii 6. Ita legisse videtur Epistolarum interpolatarum Int. Vet.; vertit enim, *ut tollat secum sibi conjunctos in saecula.* Curetonus, *in order that he may raise a sign to eternity.* Bunsenius exhibet σύσσωμον, et praepositionem ante τοὺς ἁγίους omittit.

2. τοὺς ἁγίους καὶ πιστοὺς αὐτοῦ,] Valde signanter haec scripsit, quia Christus post resurrectionem solis fidelibus apparuit. PEARSON.

ib. εἴτε ἐν Ἰουδαίοις,] Cod. uterque ἔν τε ἐν Ἰουδαίοις, ἔν τε ἐν ἔθνεσιν, ex incuria, ut videtur, librariis perquam familiari, qui in scriptura, tum unciali tum minuscula, passim commutant praepositiones ἐν et εἰς, praesertim in vocibus compositis. In Cod. Casan. man. sec. εἴτε—εἴτε. εἴτε repetita phrasis Paulina. e. g. I Cor. xii 13, εἴτε Ἰουδαῖοι, εἴτε Ἕλληνες. ib. xiii 8, xiv 7, Philipp. i 18, 20, 27, Col. i 16, 20.

4. Ταῦτα γὰρ πάντα] Omnia quaedam passionem include-

a^d divine beatissima ipsius passione: ut levet signum ^{d a om.}
in saecula, per resurrectionem, in sanctos et fideles ^{C. C.}
ipsius, et in Judaeis et in Gentibus, in uno corpore
Ecclesiae ipsius.

II. Haec enim omnia passus est pro nobis, ut
salvemur. Et vere passus est, ut et vere resusci-
tavit seipsum: non, quemadmodum infideles qui-
dam dicunt, secundum videri ipsum passum esse,
ipsi secundum videri^c existentes: et quemadmo- ^{c videri}
^{C. C.}

bant; multa enim sustinuit
praeter crucem. Δι' ἡμᾶς, phra-
sis praecipue notanda: an *loco*
nostri? ut duo dicat, an *pro*
nobis, an *propter nos*? Rom.
iv 25, I Cor. viii 11, II Cor.
viii 9, I Thess. v 10, I Pet. i
20. Finis passionum Christi
ἵνα σωθῶμεν plane Apostolice.
Cf. Polyc. ad Philipp. § 8.
PEARSON. Armenius, in
textu, haec omnia passus est ad
vivificandum nos. In margine,
Graeco textui accomodatius, . . .
passus est propter nos ut sal-
vemur. PETERMAN.

5. ἀληθῶς] Cf. Ep. ad Eph.
§ 18, ad Trall. § 9.

ib. ἀνέστησεν ἑαυτὸν] Ita Sy-
rus quoque. Interpolator, doc-
trinae receptae, ut credebat,
convenientius, ἀνέστη. Infra, § 6,
σάρκα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν . . . ἦν ὁ
Πατήρ ἡγεῖρεν. Cf. S. Johan. x
17, et Rom. iv 24. S. Hippo-
lytus c. Noëtum, § 18, τρίήμερος
ὑπὸ Πατρὸς ἀνίσταται, αὐτὸς ὧν ἡ
ἀνάστασις καὶ ἡ ζωή.

6. ἄπιστοι] Haeticos vocat
infideles, quod essent verae fidei
vacui. Gloss. *Perfidus*, ἄπιστος.
Haeticorum non fides, sed
perfidia, ut post, § 5, Ep. ad
Trall. § 10. S. Cyprianus ad
Demetrianum, p. 195, [ed. Fell.]

‘Quae tunc erit fidei gloria,
‘quae poena perfidiae,’ &c.?
Epiphanius ἀπίστους καὶ κακοπί-
στους distinguit, et ἀπίστους vocat
Ἕλληνας seu Gentiles. p. 504.
[ed. Basil. Ancorat. § 84, ii p.
88 ed. Petav.] PEARSON.

ib. τὸ δοκεῖν] Unde hi haere-
tici Δοκηταί. Eorum origo a Si-
mone Mago. His autem maxime
in Episcopatu infestus est S. Ig-
natiūs. Nam Menander, disci-
pulus Simonis et Doceta, Ig-
natio synchronus fuit. De eo
Justinus Martyr paucis annis
post Ignatii Martyrium: Μέ-
νανδρον . . . ἐν Ἀντιοχείᾳ γεγόμε-
νον, πολλοὺς ἐξαπατῆσαι διὰ μαγι-
κῆς τέχνης οἶδαμεν. [Apol. i § 26.]
Menandri discipulus erat Sa-
turnilus, ut tradit Irenaeus, i
xxii, [Saturninus, xxiv 2, p.
100 ed. Massuet.] et post eum
Epiphanes; qui etiam docuit
Salvatorem *putative visum ho-*
minem, et τὰ πάντα ἐν τῷ δοκεῖν
πεποιηκέναι. PEARSON. Vi-
detur inserendum κατὰ aute τό,
vel potius utrobique legendum
τῷ δοκεῖν, ut apud Theodoretum.
SMITH. Nihil mutan-
dum. Cf. infra § 4, et Ep. ad
Trall. § 10. Vid. Lueckium in
S. Johan. iii p. 69.

7. αὐτοὶ τὸ δοκεῖν] Ut ad Trall.

φρονοῦν καὶ συμβήσεται αὐτοῖς, οὖσιν ἀσωμάτοις
καὶ δαιμονικοῖς.

Verum fu-
isse homi-
nem, etiam
post resur-
rectionem;
hocque dis-
cipulis de-
monstrasse.

Γ'. Ἐγὼ γὰρ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐν σαρκὶ
αὐτὸν οἶδα, καὶ πιστεύω ὄντα. Καὶ ὅτε πρὸς τοὺς
περὶ Πέτρον ἦλθεν, ἔφη αὐτοῖς, “Λάβετε, ψηλαφί- 5
“σατέ με, καὶ ἴδετε, ὅτι οὐκ εἰμι δαιμόνιον ἀσώ-

[§ 10] Acute. Haec imitatus
est Tertullian. de Valentinianis
agens: ‘Ita omnia in imagines
‘urgent, plane et ipsi imagi-
‘narii Christiani.’ p. 300 D.
[adv. Valentin. § 28.] PEAR-
SON. Alium locum profert
Bullus, Def. Fid. Nic. II vii 3,
refragante quidem Curetono in
Vindic. suis, p. 57, sed confir-
mante V. D. in Censura Tri-
mestri, clxxv 86. CHURTON.

1. ἀσωμάτοις] i. e. *phanta-
sticis*, qui Christum non reale
corpus habuisse asseruerunt.
SMITH. Locum illum in Praef.
περὶ Ἀρχῶν, i 49 A ed. Ben. in-
telligit Curetonus, p. 255, tan-
quam Origenes dixisset vocem
ἀσώματος nullum Scriptorem
Christianum usurpasse. Verum
enimvero, uti monet Denzinger,
p. 73, de Scriptoribus Spiritu
Dei inspiratis loquitur Origenes.

2. δαιμονικοῖς.] Vet. Int. *dae-
moniācis*, male. *Δαιμονικός* et
δαιμονιακός differunt: *δαιμονικός*
et *δαιμονιώδης*, *diabolicus*: S.
Jac. iii 15. *Δαιμονιακός* a *δαι-
μονιάζω*. Origenes c. Cels. viii,
δαιμονικὸν μάλλον ἢ ἀνθρωπινόν.
[§ 61. Opp. i 787 ed. Ben.]
Idem, seu Rufinus in Prooem.
Lib. περὶ Ἀρχῶν, ‘In hoc li-
‘bello incorporeum daemonium
‘dixit, pro eo, quod ille, qui-
‘cunque est habitus vel circum-
‘scriptio daemonicī corporis,

‘non est similis huic nostro
‘crassiori vel visibili corpori.’
PEARSON.

3. Ἐγὼ γὰρ—καὶ ἐπίστευ-
σαν,] Haec exhibet Theodoretus
in Dialog. secundo.

4. οἶδα,] Recte Rufinus, *scio*.
Hieronymus, de Viris Illustr.
§ 16, ii 841 ed. Vallars. cum
Int. Vet. *vidi*, ac si *εἶδον* le-
gisset; quam malam interpre-
tationem, a Dallaeo avide ar-
reptam, de Libb. Suppos. ii
p. 361, a Merxio acceptam, ex
S. Johann. xx 8 profectam esse
suspicatur Pearsonus. Lectio-
nem autem MSS. longe melio-
rem tuentur Interpol. Int. Vulg.
novi, Euseb. H. E. iii 36, Theo-
doretus, Dial. ii, et Euseb. ver-
sio Syriaca ap. Cureton. p. 237,
*I also, after His resurrection
in the flesh, know Him, and I
bear witness and believe that
He is*. Chrysostomus, qui omnia
conquisivit quae ad Ignatium
laudibus efferendum faciebant,
diserte asserit eum nunquam
aspexisse Christum. Homil. in
S. Ignat. § 4. Opp. ii p. 599
ed. Ben. Optime igitur Gro-
tius, Annot. in S. Matt. xxviii
17, monet non de visus sensu
hic agere B. Patrem, sed de
fide, quam non suo sed aliorum
testimonio confirmat. *ei et ei
confusa habes* apud Clem. R.
Ep. ii § 7 in Cod. Alex. Idem

dum sapiunt, et accidet ipsis, existentibus incorporis et daemonicis.

III. Ego enim et post resurrectionem in carne ipsum vidi, et credo existentem. Et quando ^f ad eos qui circa Petrum venit, ait ipsis: *Apprehendite, palpate me* ^g. et videte, quoniam ^h non sum

^f quum
C. C.
S. Luc.
xxiv 39.
^g Deest me
^h quia C. C.

Codex praestat τοῖχον Esai. xxxviii 2, ubi τείχον legitur in exemplari Vaticano. Sic etiam in Ep. Circ. Eccl. Smyrn. § 8 οἶδεν habent Codd. Vindob. et Paris. εἶδε Cod. Barocc. Cf. I Johan. v 18, 20. Remittit Hefelius ad Walchii Programma Paschale, Gotting. 1772, Num Ignatius Christum post Resurrectionem in carne viderit.

ib. τοὺς περὶ Πέτρον] Maxime miror a viro Graece peritissimo Is. Casaubono, Exercit. xvi in Baron. cap. 126, reprehendi interpretationem Hieronymianam, ad Petrum et ad eos qui cum Petro erant, et Rufinianam, ad Petrum caeterosque, verti autem ad Petrum; quum sequentia omnino evincant non de uno agi Petro; notaque sit tironibus significatio duplex phraseos οἱ περὶ τὸν δέινα, de qua post alios Usserius. Act. xiii 13, οἱ περὶ τὸν Παῦλον, Vulgata, Paulus et qui cum eo erant. Caeterum citationem Apocryphorum non caussabitur contra Ignatium, quicumque meminerit a Clemente idem committi in Epistola illa ἀνομολογουμένη παρὰ πᾶσιν ad Corinthios, teste etiam Photio. COTEL. *those of the house of Peter*, Eusebii Int. Syrus. ap. Cureton. p. 237.

5. “Λάβετε, κ. τ. λ.” Optime Eusebius [H. E. iii 36] οὐκ οἶδα ὅπόθεν τοῖς ῥητοῖς κέχρηται,

quia talis locutio in Evangelistarum nullo exstat. Hieronymus autem, qui Evangelium secundum Hebraeos, quo utebantur Nazaraei, tum in Graecum, tum in Latinum sermonem transtulerat, ex illo Evangelio testimonium hoc Ignatium transtulisse asserit. [in Catal. Script. Eccles. § 27, Prooem. lib. xviii Comm. in Esaiam, Comm. in S. Matt. xii 13, xxiii 35.] Sed quum illud Evangelium Hebraice tantum, non Graece exstitisse ante aetatem Hieronymi videatur, aut certe illud quo tum utebantur Nazaraei, quodque transtulit Hieronymus, interpolatum fuerit, quumque eadem verba in libello, qui Διδαχὴ Πέτρον dictus est, de eadem re exstarent, credibile potius est, haec tria loca non ex libris aliquibus, sed ex historia verbis illis vulgo tradita desumi. Cf. Rufin. in Prooemio Libri περὶ Ἀρχῶν. PEARSON. Denzingero e libro Doctrina Petri inscripto sumta esse videntur. p. 73. Vedelius, P. ii, pp. 186–8, contendit hoc testimonium deductum fuisse ex sententia verborum S. Lucae, xxiv 36–40. Unde et ex Act. x 41 in libros Apocryphos ab Hieronymo et Origene visos, Arndtius suspicatur haec translata fuisse.

6. δαιμόνιον ἀσώματον.] Contra

“ ματον.” Καὶ εὐθὺς αὐτοῦ ἤψαντο, καὶ ἐπίστευσαν, κρατηθέντες τῇ σαρκὶ αὐτοῦ καὶ τῷ πνεύματι. Διὰ τοῦτο καὶ θανάτου κατεφρόνησαν, ἠρέθησαν δὲ ὑπὲρ θανάτου. Μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν συνέφαγεν αὐτοῖς καὶ συνέπιεν ὡς σαρκικὸς, καίπερ πνευματικῶς ἠνω- 5 μένος τῷ Πατρὶ.

Monet, ut caveant sibi ab istis Haereticis; nisi enim vere haec a Domino essent peracta, nunquam se tantum la-

Δ'. Ταῦτα δὲ παραινῶ ὑμῖν, ἀγαπητοὶ, εἰδὼς ὅτι καὶ ὑμεῖς οὕτως ἔχετε. Προφυλάσσω δὲ ὑμᾶς ἀπὸ τῶν θηρίων τῶν ἀνθρωπομόρφων, οὓς οὐ μόνον δεῖ ὑμᾶς μὴ παραδέχεσθαι, ἀλλ' εἰ δυνατόν ἐστι μηδὲ 10 συναντᾶν, μόνον δὲ προσεύχεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν, εἰάν πως μετανοήσωσιν. ὅπερ δύσκολον. Τούτου δὲ ἔχει

deterrimum Apocryphum τῶν Φαντασιαστῶν, inscriptum Περί-οδοι τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, prout refertur Actione quinta Synodi septimae: ἄλλοτε δὲ πάλιν ψηλαφῶντός μου αὐτὸν, αὔλον ἦν καὶ ἀσώματον τὸ ὑποκείμενον, καὶ ὡς μὴδὲ ὄλωσ ὄν. Cum quo consentiunt fabulosae illae traditiones citatae in commentariolis quae sub Clem. Alex. nomine prodierunt, ad I Joh. i 1. Videndae Apost. Const. vi 26. COTEL.

2. κρατηθέντες] Ita post Vossium Edd. omnes, Hefel. et Dresselio exceptis, qui sequuntur Codd. κραθέντες, scripturam, ut videtur, compendiarium. Armenius, qui *Sacra Coena usi sunt, et gustarunt antea corpus et sanguinem ejus.*

4. Μετὰ δὲ—τῷ Πατρὶ.] Hanc quoque sententiam praestat Theodoretus, Dial. ii, ubi legitur καὶ συνέφαγε, καὶ συνέπιεν αὐτοῖς, ὡς σαρκικὸς καὶ πνευματικῶς ἠνωμένος τῷ Πατρὶ. Quam lectionem, ad Cotelerii et Smithi

mentem, ex hoc loco correxit Schulzius in editione sua, IV P. i p. 128.

5. ἠνωμένος] Ut in Ep. ad Magn. [§ 7] Clem. R. ii § 9, Εἰς Χριστὸς ὁ Κύριος, . . . ὧν μὲν τὸ πρῶτον πνεῦμα, ἐγένετο σὰρξ. Eriphanus, εἰς θεότητα συννωθεῖς. PEARSON. ἐνωμένος Vossius, Clericus, Hornemanus.

7. Δ'. Ταῦτα δὲ παραινῶ κ. τ. λ.] Aut nil Ignatianum, confido, habemus, aut hujus certe capitis scripsit breviorum textum. DUESTERDIECK.

ib. εἰδὼς—ἔχετε.] Armenius, quoniam scio, quod et vos sic scribitis.

8. Προφυλάσσω] Haec ad Χριστός, l. 111, inter Excerpta legas ap. Cureton. p. 250, *I warn you of evil men, who are beasts, and possess only the form of men, that not only is it not right &c.*

9. ἀνθρωπομόρφων.] Pseudo-Ignatius ad Tars. § 1; Philo de Abrahamo, [ii p. 6 ed. Mangey.]

daemonium incorporeum. Et confestim ipsum tetigerunt, et crediderunt, convicti carne ipsius et spirituⁱ. Propter hoc et mortem contempserunt; ⁱ *convicti, carni ipsius et spiritui.* inventi autem sunt super mortem. Post resurrectionem autem comedit cum eis et bibit, ut carnalis; quamvis spiritualiter unitus Patri. ^{ap. Aldrich.}

IV. Haec autem monefacio vobis, dilecti, sciens quoniam et vos sic habetis. Praemunio autem vos a bestiis anthropomorphis: quos non solum oportet vos non recipere, sed, si possibile, neque eis obviare^k; solum autem orare pro ipsis, si quomodo poeniteant, quod difficile. Hujus autem ^{2 Johan. vers. 11. k obviare eis C. C.}

Chrysostom. adv. vituperatores Vitae Monasticae, i 2, [Opp. i p. 47 ed. Ben.] et alibi. Pari modo apud Philonem, i de Vita Mosis, [ed. Mangey, ii p. 87] et Lib. de Decalogo, [ib. p. 194] invenies *ἀνθρωποειδῆ θηρία* quemadmodum Const. Apost. ii 21. In Eusebii autem H. E. x 4 *ἀνθρωπομόρφον θῆρα*. COTEL. Epiphani. *θηριόμορφοι*, p. 52 l. 50, [ed. Basil. Haer. xxvii 8, i p. 110 ed. Petav.] *ὀφιόμορφοι*, 184 8, [ib. Haer. li 1, i p. 422.] Vulg. Int. *hominum figuras habentibus*. Ita quidem origo haec accipitur. Inde *Ἀνθρωπομόρφῆται*, haeretici qui Deum tanquam *ἀνθρωπόμορφον*, sub figura hominis colebant. Hic autem loquitur de haereticis, qui sub forma humana sive essentia naturam bestialem habebant: ut apud S. Paulum *μορφή Θεοῦ* et *μορφή δούλου* duas essentias, divinam et humanam, significant. *Μορφή* enim proprie non est figura, sed forma. PEARSON. *Bestias humana*

specie indutas, hominum nempe ratione praedictorum nomine indignos. Raupach. in Dec. secunda Obs. Saer. e Patt. Apost. p. 33. Cf. S. Matt. vii 15.

11. *προσεύχεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν*,] Oratio pro haereticis quam antiqua! Irenaeus, III xlvi. [xxv § 7, p. 224 ed. Massuet.] PEARSON. Ecclesiae primitivae usui consentanea est tertia e Collectis quas die Passionis Dominicae adhibemus.

12. *Τούτου δὲ ἔχει*] Nullo modo communicandum haereticis docuit, donec poenitentiam agerent, et sic, ut poenitentes, admitterentur in Ecclesiam. Durum autem videri poterat, quod Catholici ad eorum poenitentiam nihil agerent. Hoc igitur relinquendum esse Christo innuit, qui, ut nos ab illorum communione abstinere jussit, ita *habet*, inquit, *potestatem hujus*, dandi scilicet illis poenitentiam, ut recipiantur. PEARSON. Cf. Act. v 31, *ἀρχηγὸν καὶ σωτήρα . . . δοῦναι μετάνοιαν.*

boris et
periculi
susceptu-
rum fuisse.

ἐξουσίαν Ἰησοῦς Χριστὸς, τὸ ἀληθινὸν ἡμῶν ζῆν.
Εἰ γὰρ τὸ δοκεῖν ταῦτα ἐπράχθη ὑπὸ τοῦ Κυρίου
ἡμῶν, κἀγὼ τὸ δοκεῖν δέδεμαι. Τί δὲ καὶ ἑαυτὸν
ἐκδοτοῦ δέδωκα τῷ θανάτῳ, πρὸς πῦρ, πρὸς μάχαι-
ραν, πρὸς θηρία; ἀλλ' ἐγγὺς μαχαίρας, ἐγγὺς Θεοῦ· 5
μεταξὺ θηρίων, μεταξὺ Θεοῦ· μόνου ἐν τῷ ὀνόματι
Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς τὸ συμπαθεῖν αὐτῷ, πάντα ὑπο-
μένω, αὐτοῦ με ἐνδυναμοῦντος τοῦ τελείου ἀνθρώπου
γενομένου.

Periculum
hujus er-
roris porro
declarat, il-
losque hac
ratione
Christum
abnegare.

Ε'. Ὅν τινες ἀγνοοῦντες ἀρνοῦνται, μᾶλλον δὲ 10
ἠρνήθησαν ὑπ' αὐτοῦ, ὄντες συνήγοροι τοῦ θανάτου
μᾶλλον ἢ τῆς ἀληθείας· οὓς οὐκ ἔπεισαν αἱ προφη-
τεῖαι, οὐδὲ ὁ νόμος Μωσέως, ἀλλ' οὐδὲ μέχρι νῦν τὸ
εὐαγγέλιον, οὐδὲ τὰ ἡμέτερα τῶν κατ' ἄνδρα παθή-
ματα· καὶ γὰρ περὶ ἡμῶν τὸ αὐτὸ φρονοῦσιν. Τί 15

1. τὸ ἀληθινὸν ἡμῶν ζῆν.] Ita
in Ep. ad Eph. § 3, Ἰησοῦς Χρι-
στὸς τὸ ἀδιάκριτον ἡμῶν ζῆν, et ad
Magn. § 1, Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ
διαπαντὸς ἡμῶν ζῆν. Pearsonus
conferre jubet Origen. ὡσπερ οὐκ
ἐχόντων τὸ ἀληθινὸν φῶς, οὕτως
οὐδὲ τὸ ἀληθινὸν ζῆν. in Johan.
tom. i § 28. Opp. iv p. 31 ed.
Ben.

2. Εἰ γὰρ τὸ δοκεῖν—ἠρνή-
θησαν ὑπ' αὐτοῦ,] Hunc locum
tantum non integrum servat
Fragm. Syr. ap. Cureton. p. 236.

3. κἀγὼ τὸ δοκεῖν δέδεμαι.] Haec
verba omisit Aldrichius, Salvi-
nii apographum nimis presse
secutus. Leguntur in Cod. utro-
que. In Ep. ad Trall. § 10, uti
et supra § 2, habemus τὸ δοκεῖν,
quare non mutandum cum Edd.
in τῷ δοκεῖν. Neque enim, ut
Vossii verbis utar, hoc magis
Graecum quam alterum.

ib. ἑαυτὸν] Pronomen recipro-
cum primae personae significa-
tionem induit, uti in Ep. ad
Trall. § 3. Exempla dabunt
Rom. viii 23, ἡμεῖς αὐτοὶ ἐν ἑαυ-
τοῖς στενάζομεν. I Cor. xi 31, εἰ
γὰρ ἑαυτοὺς διεκρίνομεν. I Johan.
i 8, ἑαυτοὺς πλανῶμεν. Libb.
impr. Vossium secuti exhibent
ἐμαυτόν.

5. ἀλλ' ἐγγὺς μαχαίρας,] De-
letis his nobilissimis verbis,
usque ad finem cap., quorum
sensem pro vilis ingenii humi-
litate assequi non potuit Inter-
polator, incredibili ineptia re-
petit, ἀλλ' οὐ τῷ δοκεῖν, ἀλλὰ τῷ
ὄντι πάντα ὑπομένω διὰ Χριστόν.
DUESTERDIECK. Ex Apo-
crypha Doctrina Petri sumta
esse suspicatur Denzingerus,
p. 102, locum adducens ex Epist.
Gregorii Naz. ad Caesarium,
κάμνουσα ψυχὴ ἐγγὺς ἐστὶ Θεοῦ,

habet potestatem Jesus Christus, verum nostrum vivere. Si autem secundum videri haec operata sunt a Domino nostro: ergo¹ et ego secundum videri ligor. Quid autem et meipsum traditum dedi morti, ad ignem, ad gladium, ad bestias? Sed prope gladium, prope Deum: inter medium bestiarum, inter medium Dei. Solum in nomine Jesu Christi, ad compati ipsi, omnia sustinebo: ipso me fortificante, qui perfectus homo factus est. Phil. iv 13.

V. Quem quidam ignorant, abnegant: magis autem abnegati sunt ab ipso^m; existentes concionatores mortis magis, quam veritatis: quos non persuaserunt Prophetiae, neque Lex Moysiⁿ; sed neque usque nunc Evangelium, neque nostrae eorum qui secundum virum passiones. Etenim de nobis idem sapiunt. Quid enim juvat me quis,

¹Deest ergo C. C.

Matt. x 33.
Luc. xii 9.
^m abnegantes, ignorant magis abnegati ab ipso C. C.
ⁿ Moisis C. C.

φησί που θαυμασιώτατα λέγων ὁ Πέτρος, i p. 19 ed. Caillau.

7. εἰς τὸ συμπάθειν] Rom. viii 17, εἴπερ συμπάσχομεν, ἵνα καὶ συνδοξασθῶμεν. II Cor. iv 10, πάντοτε τὴν νέκρωσιν τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι περιφέροντες.

ib. ὑπομένω,] Ita Cod. MS. Int. Vetus legebat ὑπομενῶ.

8. ἐνδυναμοῦντος] Vox Paulina, e. g. ad Philipp. iv 13, ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ. ad Tim. I i 12, II iv 17.

ib. τοῦ τελείου] Armenius, qui corroborat me, Jesus Christus Deus noster. Emendatio Monophysitica. PETERMAN. Cf. Symbolum Athanasii, vers. 30.

10. μᾶλλον δέ] Haec epanorthosis, ut in Ep. ad Polyc. [Inser.] ἐπισκόπῳ μᾶλλον ἐπεσκοπημένῳ. Vide etiam II Tim. ii 12, 13. PEARSON.

Addas Gal. iv 9. Cf. Ep. ad Rom. § 8. Θελήσατε, ἵνα καὶ ὑμεῖς θεληθῆτε, et ad Trall. § 5.

11. συνήγοροί] Haeretici, qui pro veritate advocati esse deberent, quae ducit ad vitam, facti sunt haereseos patroni, quae ducit ad mortem. PEARSON.

13. τὸ εὐαγγέλιον,] Non scriptum Evangelium, sed evangelicam praedicationem de vita et factis Christi intelligendam esse monet Niemeyerus. Tu autem vide infra, p. 462 l. 8.

14. τῶν κατ' ἄνδρα] Nostrae singulorum passiones, i. e. quas singuli pertulimus. Interpol. τὰ κατ' ἄνδρα, [quod mallent Usser. et Pearson.] sed τῶν potest retineri. SMITH. Int. Vet. melius, § 12 infra, *singillatim*.

15. καὶ γὰρ περὶ ἡμῶν] Armenius pro παθήματα legebat

γάρ με ὠφελεῖ τις, εἰ ἐμὲ ἐπαινεῖ, τὸν δὲ Κύριόν μου βλασφημεῖ, μὴ ὁμολογῶν αὐτὸν σαρκοφόρον; Ὁ δὲ τοῦτο μὴ λέγων, τελείως αὐτὸν ἀπήρηται, ὧν νεκροφόρος. Τὰ δὲ ὀνόματα αὐτῶν, ὄντα ἄπιστα, οὐκ ἔδοξέ μοι ἐγγράψαι· ἀλλὰ μηδὲ γένοιτό μοι αὐτῶν 5 μνημονεύειν, μέχρις οὗ μετανοήσωσιν εἰς τὸ πάθος, ὃ ἐστὶν ἡμῶν ἀνάστασις.

Hetero:
doxos istos

5'. Μηδεὶς πλανάσθω. Καὶ τὰ ἐπουράνια, καὶ ἡ

γράμματα. Qui dicunt, Christum κατὰ τὸ δοκεῖν tantum esse passum, ii nos quoque κατὰ τὸ δοκεῖν (i. e. in vanum) pati contendant necesse est. HEFELIUS.

1. ὠφελεῖ] Ita dedi cum Edd. omnibus praeter Voss. qui ex Cod. Laur. ὠφελεῖ. Sed ο et ω in hoc Codice et in aliis saepissime commutantur.

ib. εἰ ἐμὲ ἐπαινεῖ,] Quis non videt Ignatium ad nomen Θεοφόρον Ἐπιστολαε praefixum alludere, quod agnovit sibi ne quidem a Docetis negatum fuisse? Illorum autem laudes non acceptabat, dum eum Θεοφόρον vocarent, negarent autem Christum σαρκοφόρον, et se probarent νεκροφόρους. PEARSON. Vindic. ii 145. *Si quis me Martyrem appellat.* UHLHORN. Cf. Ep. ad Trall. § 4.

2. σαρκοφόρον;] Christus dicitur σαρκοφόρος, σῶμα φορῶν, ut Orig. contra Cels. 340. [ed. Spencer. lib. vii § 13, Opp. i p. 703 ed. Ben.] PEARSON. Cf. Ep. ad Eph. § 18, ad Trall. §§ 9, 10.

3. ὧν νεκροφόρος.] Dum vivit mortuus, ille νεκροφόρος. Matt. viii 22, I Tim. v 6, Apoc. iii 1. Clem. R. ii § 1, καὶ ὁ βίος ἡμῶν

ὄλος ἀλλὸ οὐδὲν ἦν εἰ μὴ θάνατος. Νεκροφόρος potius est *mortuum bajulans*, quam *mortifer*, qui Ignatio nostro *θανατηφόρος* est. Aliud θάνατος, aliud νεκρός. Onomast. Vet. *Vespillo* et *Pollinctor*, νεκροφόρος. Gloss. Philoxeni, *Bispello*, νεκροφόρος. *Sandapila*, νεκροφορείον. PEARSON. Praeclare ac eleganter, ut omnia, B. Cyprianus, de Lapsis; 'Ani-
'mam tuam misera perdidisti;
'spiritaliter mortua supervi-
'vere hic tibi, et ipsa ambulans
'funus tuum portare coepisti.'
[p. 135 ed. Fell.] Item Hieronymus, Epist. 13, [58 ed. Val-
lars. i 317.] 'Quanti hodie diu
'vivendo portant funera sua?'
In Optato, lib. ii, 'Ereptae por-
'tant funera dignitatis.' [p. 59
ed. Albaspin.] COTEL. Theodoretus, ἀπήρηται ὡς νεκροφόρον, quod jure improbant Vossius, Pearson. et Cotel. Locum insigniter parallelum habes, Ep. ad Philad. § 6.

4. Τὰ δὲ ὀνόματα αὐτῶν,] Statuit hic Ignatius nullum haeticum nominare, quod in aliis etiam Epistolis religiose observavit. Nullius enim haeretici nominatum meminit. Unde apparet, 1^o. Interpolatoris inscitia, qui in lacinia Epistolae

si me laudat, Dominum autem meum blasphemat^o, ^{o blasphemat}
 non confitens ipsum carniferum? Qui autem hoc ^{C. C.}
 non dicit, ipsum perfecte abnegavit, existens mor- ^{1 Jo. iv 2, 3.}
 tifer. Nomina autem ipsorum, existentia infidelia,
 non visum est mihi^p inscribere: sed neque fiat ^{p non est}
 mihi ipsorum recordari, usque quo poeniteant in ^{visum mihi}
 passionem, quae^q est nostra resurrectio. ^{C. C.}

VI. Nullus erret. Et supercoelestia, et gloria ^{q panem,}
^{qui C. C.}

ad Trall. Menandri, Basilidis, Theodoti, et Cleobuli diserte meminit. 2^o. Adversariorum ἀκρίσια, qui haec vero Ignatio opposuerunt. PEARSON. Novatianum nomen in Cornelii Ep. ad Cyprianum consulto tacetur. vid. Coustantii Annot. in Routh. Rel. Sacr. iii 31.

ib. ὄντα ἄπιστα,] Hic animadvertendus mos S. Scripturae, qui, licet obscure, hoc loco insinuatur. Nam ἐγγράψαι ὀνόματα proprie et vulgari modo dicitur de ipsis virorum nominibus. Sed illud ὄντα ἄπιστα alium loquendi modum spectat, quo ὄνομα ipsam personam refert. PEARSON. Conf. Act. i 15, ἦν τε ὄχλος ὀνομάτων.

6. μέχρι οὗ κ. τ. λ.] Usque dum renuncient errori de passione ejus, quam fictam et imaginariam somniant, virtute cujus nos tandem resurgemus. Verba post μετανοήσωσιν omisit Interpol. utpote ab ipso non intellecta. SMITH. Obscurus locus. Forte κατανήσωσιν, quasi dixisset, usque ad diem Judicii, quando illi punientur, nos vero resurgemus. Vide tamen infra § 7, ἐν ᾧ τὸ πάθος κ. τ. λ. unde forte explicari potest hic locus sine ulla mutatione. MARKLAND. Cf. infra § 9, εἰς Θεὸν

μετανοεῖν, et Ep. ad Philad. § 8, εἰάν μετανοήσωσιν εἰς ἐνότητα Θεοῦ. Τὸ πάθος absolute positum sicut § 7, et in Inscr. Ep. ad Eph. Armenius, donec resipiscent et credent passionem.

8. Μηδεὶς πλανήσθω.] Ita quoque alibi loquitur Ignatius. [ad Eph. §§ 5, 16, ad Magn. § 8.] Videntur autem haec verba defuisse in Cod. unde impostor ille nobis consarcinavit vulgarem Ignatii contextum. Utique qui ex Dionysio et Clemente adsuit tam multa, non haec reseuisset. VOSSIUS. Plura hujus loquendi formulae exempla ap. Test. Nov. adsunt, e. g. S. Luc. xxi 8, I Cor. xv 33, Gal. vi 7, S. Jacob. i 16.

ib. τὰ ἐπουράνια,] Phil. ii 10. Vet. Int. supercoelestia: uti etiam in Ep. ad Trall. [§ 5] quod est ὑπερουράνια. Origen. in Jo. 15 D, [ed. Huet. Opp. iv p. 17 ed. Ben.] c. Celsum 288, 316. [ed. Spencer. Lib. vi. §§ 19, 59, i pp. 644, 678 ed. Ben.] PEARSON. Cf. I Pet. iii 22, Eph. i 10, Col. i 20.

ib. ἡ δόξα τῶν ἀγγέλων,] Forte ἄγγελοι τῆς δόξης. Eriphan. 541. [ed. Basil. De Mensuris et Pond. § 22, ii 171 ed. Petav.] οὔτε ἄγγελοι, οὔτε ἀρχαί. Rom. viii 38. PEARSON. Ne ipsi

plane ad-
versos esse
sententiae
Dei.

Haereticis
istis desunt
virtutes
Christi-
anae.

δόξα τῶν ἀγγέλων, καὶ οἱ ἄρχοντες ὁρατοί τε καὶ
ἀόρατοι, ἐὰν μὴ πιστεύσωσιν εἰς τὸ αἷμα Χριστοῦ,
κάκεινοις κρίσις ἐστίν. Ὁ χωρῶν χωρείτω. Τόπος
μηδένα φυσιοῦτω· τὸ γὰρ ὅλον ἐστὶ πίστις καὶ
ἀγάπη, ὧν οὐδὲν προκέκριται. Καταμάθετε δὲ τοὺς 5
ἐτεροδοξοῦντας εἰς τὴν χάριν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν εἰς
ἡμᾶς ἐλθοῦσαν, πῶς ἐναντίοι εἰσὶν τῇ γνώμῃ τοῦ

quidem Angeli, juxta mentem
S. Ignatii, salutem assequi pos-
sunt absque fide in sanguinem
Christi. S. Hieron. ii Comm.
in Ephes. 'Descendit ergo in
' inferiora terrae, et ascendit
' super omnes coelos Filius Dei,
' ut non tantum Legem Prophe-
' tasque completeret, sed et alias
' quasdam occultas dispensatio-
' nes, quas solus ille novit cum
' Patre. Neque enim scire pos-
' sumus, quo modo et Angelis,
' et his qui in inferno erant,
' sanguis Christi profuerit; et
' tamen quin profuerit, nescire
' non possumus.' [Opp. vii p.
614 ed. Vallars.] SMITH.

1. οἱ ἄρχοντες] Cf. Ps. xxiv
7, 9, Ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες
ἡμῶν, et Justin. M. Dial. c.
Tryph. § 36, οἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς
ταχθέντες ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἄρχοντες.
Epist. ad Diognet. § 7, ἡ ἀγγελ-
λον ἢ ἄρχοντα ἢ τινα τῶν διεπόντων
τὰ ἐπίγεια. Mirum est quod
somniaat Dallaeus, de Libb. Sup-
pos. ii 313, nempe haec scripta
fuisse quum aliqua jam erat de
Constantii vel Constantini ejus
filii ad Christianismum propen-
sionis sparsa fama; Interpola-
torem vero immutasse in κἂν
βασιλεὺς ἢ, κἂν ἱερεὺς, κἂν ἄρχων,
κἂν ιδιώτης, quia scilicet sub
Principibus et Imperatoribus
Christianis vivebat.

ib. ὁρατοί τε καὶ ἀόρατοι,] An
qui apparere solent, et qui nun-
quam apparent? PEARSON.
Aliter in Vindic. ii 90, *quilibet
magistratus.*

2. πιστεύσωσιν] Correctionem
Vossianam recepi, pro MSS.
πιστεύσωμεν, (non πιστεύωμεν uti
post Aldrich. Russelius.) quod
falsum arguunt et contextus, et
Interpolatoris paraphrasis, ἐὰν
μὴ πιστεύσῃ . . . καὶ ὁμολογήσῃ . . .
κἂν βασιλεὺς ἢ, κἂν ἱερεὺς κ. τ. λ.
ubi obiter notandum est, ne
verbum quidem legi de Angelis
et Principibus Invisibilibus.

ib. Χριστοῦ,] Timotheus Alex.
ap. Cureton. *unless they believe
in the blood of Christ that it
is of God.* p. 243, or, *which is
of God.* p. 353 In Fragm. alio,
p. 249, *who is God.*

3. Ὁ χωρῶν] Int. Vet. *qui
capit, capiat*: potius, *qui capax
est, capiat.* S. Matt. xix 12,
ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω. Ori-
gen. in Jo. 50 E, 66 D. [ed.
Huet. Opp. iv pp. 55, 72 ed.
Ben.] ὡς ἕκαστος χωρεῖ. PEAR-
SON. Haec verba, usque ad
φυσιοῦτω, non agnoscit Arme-
nius.

ib. Τόπος] Sive officium Ec-
clesiasticum, sive ordo et gra-
dus ministerii: qui quidem or-
do ideo *locus* dictus est, quia
illis ordinibus diversis distincta

Angelorum, et Principes visibiles et invisibiles ^r, si non credant in sanguinem Christi, et illis iudicium est. *Qui capit, capiat*: qualiter ^s nullus infletur; totum enim est fides et charitas ^t: quibus nihil praepositum est. Considerate autem aliter opinantes in gratiam Jesu Christi, eam quae in nos venit; qualiter contrarii sunt sen-

^r invisibiles
et visibiles
C. C.

S. Matt.
xix 12.

^s qualis C. C.

^t caritas
C. C.

etiam loca in Ecclesia designabantur. Ante Ignatium Clem. R. 58. [§ 40] Iste autem locus insignis est. Non diu post acceptam hanc Epistolam ita locutus est Polycarpus: [§ 11] ‘quod sic ignoret is locum, qui datus est ei.’ Sic etiam Latini veteres post Ignatium nostrum locuti sunt. Ita Cyprianus factiosos Presbyteros ‘nec Evangelii, nec loci sui memores’ fuisse docet, Epist. 10; [ed. Pamel. Ep. 16 p. 36 ed. Fell.] et Diaconum Rogatiani Episcopi contumeliosum incusat quod ‘immemor sacerdotalis loci, et officii ac ministerii sui oblitus esset.’ Epist. 65, [ed. Pamel. Ep. 3 p. 5 ed. Fell.] ubi sacerdotalis locus est ordo Episcopalis, qui Rogatiano compete-
bat. I Cor. xiv 16, ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου, scil. Laici, quod subinnuit alios fuisse locos Cleri. PEARSON. Vet. Int. forte pro τόπος legit τὸ πῶς. ALDRICH. Apud Int. Vet. pro qualiter Voss. et Smith. mallent qualitate. πῶς vertitur per qualiter, infra, l. 7, et in Ep. ad Eph. § 19. Vedelius, quia locum illum Clem. Rom. nunquam vidisset, non dubitat contendere vocem *Laicorum* Ignatii tempore in usu non fuisse. Interpol. exhibet, Τόπος καὶ ἀξίωμα καὶ πλοῦτος μηδένα φυ-

σιούτω ἀδοξία καὶ πενία μηδένα ταπεινούτω. Cf. infra Ep. ad Polyc. § 1, ἐκδίκει σου τὸν τόπον, atque ibi notata.

4. φυσιοῦτω.] Vox haec nostro saepius usurpata est. φυσιώσεις, II Cor. xii 20. Irenaeus, IV xlii, [3, p. 262 ed. Massuet.] ‘principalis confessionis tumore’ elati. MS. *concessionis*, unde legendum puto *consessionis*, ut *principalis consessionis* nihil aliud sit, quam πρωτοκαθεδρία. PEARSON.

ib. τὸ γὰρ ὄλον] Timoth. Alex. ap. Cureton. p. 243, for all this is faith and charity.

5. ὦν οὐδέν] Conf. Ep. ad Magn. § 1.

6. ἑτεροδοξούντας] ἑτεροδόξοι, vox Origeni familiaris, in Jo. 14 D, 79 E, [ed. Huet. Opp. iv pp. 15, 86 ed. Ben.] de Gnosticis, 91 E, 114 C, [pp. 99, 122 ed. Ben.] de Valentinianis et Marcionitis, 74 C, [p. 80 ed. Ben.] et saepe alibi. Clem. Alex. ἡ τῆς ἑτεροδόξου διδασκαλίας ἕκθεσις. 805 B. [Paris. 1629. p. 997 ed. Potter.] PEARSON.

ib. εἰς τὴν χάριν] *in*, i. e. contra, Coteler. et Marklandus. Aliter Smithus, i. q. περὶ τῆς χάριτος, quemadmodum interpretantur Hornemann. Ruchat. Wakius, Woherus.

7. τῇ γνώμῃ τοῦ Θεοῦ.] Epist.

Θεοῦ. Περὶ ἀγάπης οὐ μέλει αὐτοῖς, οὐ περὶ χήρας, οὐ περὶ ὀρφανῶν, οὐ περὶ θλιβομένου, οὐ περὶ δεδεμένου ἢ λελυμένου, οὐ περὶ πεινῶντος ἢ διψῶντος.

Ab Eucharistia abstinent.

Εὐχαριστίας καὶ προσευχῆς ἀπέχονται, διὰ τὸ μὴ ὁμολογεῖν τὴν εὐχαριστίαν σάρκα εἶναι τοῦ Σωτῆρος 5

ad Rom. § 8. Apoc. xvii 17. PEARSON. *Divinae voluntati in Evangelio*, de vitae humanioris erga alios quoscumque exercendae officii, *peculiarem in modum manifestatae*. SMITH.

1. Περὶ ἀγάπης] Cum Int. Vet. stant Holsten. Hefel. Moehler, *Athanasius* i 22. Armenius in textu has voces omisit; in margine, *de Agape*.

ib. οὐ μέλει αὐτοῖς,] De Valentinianis Epiphanius, p. 93, [ed. Basil. Haer. xxxi 34, i p. 206 ed. Petav.] *παρ' οἷς οὐκ ἔλεος, οὐκ οἶκτος εὐρίσκεται*. De Manichaeis Athanasius, Ep. ad Solitarios, 851 C, [§ 61, Opp. i i p. 381 ed. Ben.] *Παρὰ Μανιχαίοις γὰρ ἔλεος οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ ἐχθρόν ἐστι παρ' αὐτοῖς τὸ ἐλεεῖν πένητα*. PEARSON.

ib. περὶ χήρας, — διψῶντος.] In Ecclesiae veteris Liturgiis commemoratio solemniter fiebat de his fere omnibus. Cf. Assemani Cod. Liturg. v pp. 42, 43, Goar. Eucholog. pp. 79, 172.

2. θλιβομένου,] Barnabas, Ep. p. 226, [ed. Voss. § 6,] *ἀποστρεφόμενοι τὸν ἐνδεόμενον, καταπονοῦντες τὸν θλιβόμενον*. Describit Gnosticum suum Clem. Alex. vii, [Strom. § 12 p. 873 ed. Potter.] *ἀμέλει θλιβόμενον ἐπικουφίζει παραμυθίας*. Artemidorus, iii 67, [p. 193 ed. Rigalt.] *οὔτε φορτικὸν ἐτι ἔχων τὸν πατέρα, οὔτε ὑπὸ τῆς πεινίας θλιβόμενον*. Eccle-

sia antiquitus viduas et indigentes seu infirmos publico sumptu alebat. Cornelius Episcopus Rom. Epist. ad Fabium Episc. Antioch. docet suo tempore fuisse in Romana Ecclesia χήρας σὺν θλιβομένοις ὑπὲρ τὰς χιλίας πεντακοσίας, οὓς πάντας ἢ τοῦ Δεσπότητος χάρις καὶ φιλανθρωπία διατρέφει. Euseb. H. E. vi 43. Inde Valesius satis probabiliter in Epist. Cleri Romani ad Clerum Carthaginensem de Secessu Cypriani, pro *clydomeni* legit *thlibomeni*. PEARSON. Sic etiam Fell. Ep. 8, p. 18, ubi Rigaltius *clinomeni*. Tu vero legas *clydonizomeni*. Vid. Bingham. Orig. Eccl. xviii iv 3. Cf. I ad Tim. v 10, *εἰ θλιβομένοις ἐπήρκεσεν*. Cornelii Epistolam ad Fabium legas ap. Routh. Rel. Sacr. iii 24.

ib. δεδεμένου] De podagricis et paralyticis, aliisque, quorum nervosque artusque morbi pro varia illorum ratione et temperamento afficiunt, interpretandum reor. Si quis vero de debitoribus, aliisque ob Christianae fidei professionem in carcerem coniectis, et de qualicumque θλίψει, sive ex aegritudine, sive ex atroci Gentilium odio orta, oppressis interpretari velit, non multum refragabor. SMITH. Ignatii sententiae lucem adfert Ep. ad Hebr. xiii 3, *μνησθε τῶν δεσμίων, ὡς συνδεδεμένοι*. Cf. supra notat. p. 384 l. 7.

tentiae Dei^u. De charitate non est cura ipsis, ^u *qualesque facti sumus Dei. C.C.* non de viduis, non de orphano, non de tribulato, non de ligato vel soluto, non de esuriente vel sitiente. Ab Eucharistia^x et oratione recedunt^y; ^x *Eucharistia C.C.* propter^z non confiteri Eucharistiam carnem esse ^y *Deest recedunt C.C.* ^z *propterea C.C.*

3. ἡ λελυμένον,] Ita Cod. Med. non καὶ λελυμένου, uti in Aldrichii libro. Pro *soluto* apud Int. Vet. Marklandus minus feliciter reponit *fatigato, deficiente*; quo sensu ἐκλυόμενοι habes Gal. vi 9, Heb. xii 3. Cf. 5, et τὰ παραλελυμένα γόνατα, ib. 12.

ib. οὐ περὶ πεινώντος] Sic Cyprianus de Lapsis, 'Esurientibus in Ecclesia fratribus non subvenire.' p. 124 T ed. Fell.

4. Εὐχαριστίας—ἀπέχονται,] Haec verba desunt in Pseudo-Ignatio, quum tamen citentur a Theodoretō, Dial. iii, hoc modo: Εὐχαριστίας καὶ προσφορὰς οὐκ ἀποδέχονται. [iv 1, p. 231 ed. Schulze.] Nostram tamen lectionem etiam agnoscit Armaniani Vet. Versio. [et Armenius.] VOSSIUS. Noluerunt hi haeretici celebrare Eucharistiam, in qua caro Christi typice repraesentatur; quia tunc confiteri adigerentur, Christum fuisse vere incarnatum. Quum vero hoc negaverint Gnostici, ab omni Eucharistia et oblatione, precibusque stas isti officio convenientibus, ex principiis ipsorum sibi esse abstinendum duxerunt. Fides S. Martyris hac ex parte neuti-quam convellenda est, etiamsi de ejusmodi haeticis primi et secundi saeculi ab Eucharisticis ritibus plane abhorrentibus taceant Ecclesiastici Scriptores. Sola ipsius auctoritas sufficit.

Eodem argumenti genere utitur Tertullianus adv. Marc. iv 40, ut ab Usserio aliisque hanc rem tractantibus observatum est. Hujus autem periochae defensionem vide in Vind. Ign. ii 131. Tota haec sectio omittitur in vulg. Graecis Codd. quam Cod. Med. [et Casan.] conservavit integram, uti et Theodoretus, et vetus noster Interpres. SMITH. Constat ex Epiphan. Haer. xxvi n. 4, 7, 8, 9, 11, 15, 16, xxxvii n. 5, Tertull. de Praesc. Haer. § 47, Hieronymi Indiculo, Augustino, &c. rejectam fuisse a Phantasticis, haeticis vetustissimis, Gnosticis, et Ophitis, veram Eucharistiam, substituta in illius locum falsa, infanda nimirum turpitudine, consuetudine impia et βλασφήμῳ. COTTEL. In Libb. impr. ante Εὐχαριστίας caput falsum praefixum esse videtur; arctissime enim cohaerent haec praecedentibus.

ib. προσευχῆς] Wakius, *the public offices.*

5. σάρκα—παθούσαν,] Docetas ab Eucharistia, ex qua fideles facti sunt participes carnis Christi ejusque sanguinis, quum eum vere carne indutum fuisse negarint, abstinuisse facile crediderim. Neque inde adstruitur Transubstantiatio magis quam ex Justino, qui nos docet panem et vinum in Eucharistia esse corpus et sanguinem τοῦ σαρκω-

ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὴν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν παθοῦσαν, ἣν τῇ χρηστότητι ὁ Πατὴρ ἤγειρεν.

Fugiendos ergo istos, et attendendum Prophetis, Evangelioque.

Ζ'. Οἱ οὖν ἀντιλέγοντες τῇ δωρεᾷ τοῦ Θεοῦ, συζητοῦντες ἀποθνήσκουσιν. Συνέφερον δὲ αὐτοῖς ἀγαπᾶν, ἵνα καὶ ἀναστῶσιν. Πρέπον οὖν ἔστιν ἀπέχουσθαι 5 τῶν τοιούτων, καὶ μὴτε κατ' ἰδίαν περὶ αὐτῶν λαλεῖν, μὴτε κοινῇ· προσέχειν δὲ τοῖς προφήταις, ἕξαιρέτως δὲ τῷ εὐαγγελίῳ, ἐν ᾧ τὸ πάθος ἡμῖν δεδήλωται, καὶ ἡ ἀνάστασις τετελείωται.

Respicendum ad Presbyterium, praecipue autem ad Episcopum.

Η'. Τοὺς δὲ μερισμοὺς φεύγετε, ὡς ἀρχὴν κακῶν. 10 Πάντες τῷ ἐπισκόπῳ ἀκολουθεῖτε, ὡς Ἰησοῦς Χριστὸς τῷ Πατρὶ· καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ ὡς τοῖς ἀπο-

ποιηθέντος Λόγου. Elementa quidem, quoad naturam et substantiam suam, non sunt nisi panis ac vinum; ex benedictione tamen ac precibus sacerdotis, fide Ecclesiae, ac Christi Domini nostri institutione, non mutata physica panis et vini natura, sed superinducta gratia spirituali ex illapsu Spiritus Sancti, verum corpus et verum sanguinem Christi fidelibus exhibent; indeque Eucharistia dicitur a S. Ignatio *cavo quae passa est, et quam Pater suscitavit*; non quoad naturam ac substantiam, sed quoad gratiam ac efficaciam spirituales. WOTTON. Vide Waterlandum, Opp. viii 31, Oxon. 1823, v 108, 1843.

1. τῶν ἁμαρτιῶν] Articulum quem e Cod. Laur. restitueram, in Casan. quoque legi testatur Dresselius.

2. ὁ Πατὴρ ἤγειρεν.] Cf. supra § 2, et Ep. ad Trall. § 9.

3. τῇ δωρεᾷ τοῦ Θεοῦ.] Graeci vocant Eucharistiam Δώρα, et

in Latino dicitur *Donum*. ALDRICH.

ib. συζητοῦντες ἀποθνήσκουσιν.] Hilgenfeldius conferri jubet Irenaei prooemium, πιθανῶς μὲν ἐπαγόμενοι διὰ λόγων τέχνης τοὺς ἀκεραίους εἰς τὸν τοῦ ζητεῖν τρόπον, ἀπιθάνως δὲ ἀπολλύντες αὐτούς.

4. Συνέφερον] Ita cum Cod. Laur. libb. impr. excepto Dresselio, qui post Cod. Casan. exhibet *Συνέφερε*.

ib. ἀγαπᾶν.] *Aequiescere* in revelationibus Evangelii, nec mysterium hoc sanctissimum vanis disputationibus sollicitare, sed cum amore amplecti hanc δωρεάν τοῦ Θεοῦ. Ἀγαπᾶν enim videtur opponi τῷ ἀντιλέγοντες. SMITH. Aliter Cotel. Aldrich. et Hefelius, *Agapeu celebrare*: sed hoc, ut videtur ex sequentibus, § 8, est ἀγάπην ποιεῖν. Armenius, ac si legisset ἀγαπᾶν τὸ πάθος αὐτοῦ καὶ ζῆν.

5. ἀπέχουσθαι] Hac voce utitur Apostolus semper de rebus malis; hic autem de personis haereticorum, a quibus fideles

Salvatoris nostri Jesu Christi pro peccatis nostris passam, quam benignitate Pater resuscitavit.

VII. Contradicentes ergo huic dono^a Dei, perscrutantes moriuntur. Conferens^b autem esset ipsis diligere, ut resurgant. Decens est recedere a talibus, et neque seorsum de^c ipsis loqui, neque communiter: attendere autem Prophetis, praecipue vero^e Evangelio, in quo passio nobis ostensa est, et resurrectio perfecta est.

VIII. Partitiones autem^d fugite, ut principium malorum. Omnes Episcopum sequimini, ut Jesus Christus Patrem: et Presbyterium, ut Apostolos: Diaconos autem revereamini, ut Dei mandatum.

abstinere vult. Unde postea a Latinis excommunicati dicebantur *abstenti*. PEARSON. Int. Vet. videtur legisse ἀπέρχεσθαι. MARKLAND. Cyprian, Ep. 3, p. 7 ed. Fell. 'hunc quoque...vel coercere poteris 'vel *abstinere*.' Ep. 4, p. 9, 'consulte et cum vigore fecisti, 'frater carissime, *abstinendo* 'Diaconum.' Ep. 68, p. 177, 'Novatiano nuper retuso et 'refutato, et per totum orbem 'a sacerdotibus Dei *abstento*.' Ibid. 'abstento Marciano, alius 'in locum ejus substituatur.'

6. περὶ αὐτῶν] Interpol. μετ' αὐτῶν, ut sensus clarior sit. An spectat ad περιλαλεῖν per tmesin? Sic alibi [Qu. ad Polyc. § 5?] περὶ αὐτῶν ὁμιλίαν μὴ ποιεῖν. PEARSON.

7. τοῖς προφήταις,] Vide supra p. 424 l. 3.

8. τὸ πάθος] Armenius, *ad Evangelia, in quibus narratur redemptio nostra, et (forsitan quae) perficit resurrectionem nostram*. Interpres haec non ver-

tere sed explicare videtur voluisse. PETERMAN.

9. τετελείωται.] Resurrectio Christi tot claris indiciis et testimoniis in Evangelio patet, ut perfectae demonstrationis vim apud omnes habere debeat. Vid. Ep. ad Philad. § 9. SMITH. Holstenius, *perfecte explicata*, Hefel. *perfecte demonstrata est*. Woeherus, *vollbracht erscheint*. Grassius, *la Passion et la Resurrection nous sont authentiquement attestées*.

10. τοὺς δὲ μερισμοὺς] Praeceptum hoc generale jungendum est omnino cum sequentibus. In Edd. caput septimum vocibus ἀρχὴν κακῶν explicat.

11. Πάντες τῷ ἐπισκόπῳ] Nemi mirum videri debet, si et hic, et alibi, tantam auctoritatem Episcopis et Presbyteris attribuit Ignatius: non aliter de illis loquitur Polycarpus. [ad Philipp. § 5] VOSSIUS. A Damasceno citatur hic locus, Parall. ii 25. Vide supra in Ep. ad Magn. § 7. USSER.

στόλοις· τοὺς δὲ διακόνους ἐντρέπεσθε, ὡς Θεοῦ ἐντολήν. Μηδεὶς χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου τι πρᾶσσέτω τῶν ἀνηκόντων εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Ἐκείνη βεβαία εὐχαριστία ἡγείσθω, ἢ ὑπὸ τὸν ἐπίσκοπον οὖσα, ἢ ᾧ ἂν αὐτὸς ἐπιτρέψῃ. Ὅπου ἂν φανῇ ὁ ἐπίσκοπος, 5 ἐκεῖ τὸ πλῆθος ἔστω, ὡσπερ ὅπου ἂν ἦ Χριστὸς Ἰησοῦς, ἐκεῖ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία. Οὐκ ἔξὼν ἐστὶν χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου οὔτε βαπτίζειν οὔτε ἀγάπην ποιεῖν· ἀλλ' ὁ ἂν ἐκείνος δοκιμάσῃ, τοῦτο καὶ τῷ

1. ὡς Θεοῦ ἐντολήν.] *tanquam Dei praecepto institutos*, ut in Ep. ad Trall. [§ 13.] PEARSON. Frustra et male addit Interpolator *διακονούντας*. SMITH. Ruchatus vertit, *comme un ordre établi de Dieu*.

2. χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου] Vet. Int. *sine Episcopo*, quod est *ἄνευ*, non satis plene. *Separatim ab Episcopo, vel seorsim*. Χωρὶς nunc ut adverbium, nunc ut praepositio Graecis usurpatur. Ubi adverbium est, clare separationem indicat; sed et eadem significatio est, ubi loco praepositionis ponitur. Vide Gatak. Misc. pp. 2, 3. [Opp. Crit. 410, 411.] ubi ex loco Xenophontis haec optime explicantur. S. Jo. xv 5, χωρὶς ἐμοῦ, ad quem locum vide Bezzam. PEARSON.

ib. πρᾶσσέτω] Ita uti in Libb. impr. Cod. Laur. et ad cap. finem πρόσσεται, non πρᾶττέτω et πρᾶττεται quae exhibet Aldrichius. Antiochus, Hom. 124, χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν ποιεῖτε· χρῆ οὖν ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν πρᾶσσειν ἡμᾶς.

3. ἀνηκόντων εἰς] Cf. supra Clem. Rom. i § 45.

4. ἢ ᾧ ἂν κ. τ. λ.] Vet. Int.

quam, ἢν, sensu non dispari. Ista Eucharistia solummodo pro vera, firma, et licita habenda est, quae vel ab ipso Episcopo, vel sub ipso, h. e. illo praesente, peragitur, vel quam ipse aliis in locis, a Presbyteris ad hoc sacrum munus obeundum deputatis, fieri permittit aut jubet. SMITH. Ap. Int. Vet. forsitan, *vel cuicumque*. MARKLAND. Hanc voculam ᾧ in Cod. MSto, uti mihi visum est, emendator nescio quis antiquus rescripsit.

5. Ὅπου ἂν φανῇ κ. τ. λ.] Citat hunc locum Antiochus, Serm. 124, sed longe aliter: Ὅπου γὰρ ἂν φανῇ ἐπίσκοπος, ἐκεῖ τὸ πλῆθος ἦτω· ὡσπερ ὅπουπερ ἂν ὀνομασθῇ Χριστὸς Ἰησοῦς, ἐκεῖ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία ἐπισυναγεται. Οὐ γὰρ ὅπου βούλονται βαδίζουσιν τῶν θρεμμάτων αἱ ἄγλαι, ἀλλ' ἐνθαπερ οἱ ποιμένες αὐτὰς ἀποφέρουσιν· τὰ δὲ ἔξω τῆς ἀγέλης ἀπομένοντα ἐναρπάζουσιν οἱ θῆρες, καὶ τροφήν ἑαυτῶν ποιοῦνται τὸ πεπλαημένον. Οὐκ ἔξων οὖν ἐστὶν χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου οὔτε βαπτίζειν [male vulgo βαδίζειν] οὔτε ἀγάπην ποιεῖν· ἀλλ' ὁ ἂν ἐκείνος δοκιμάσῃ, τοῦτο καὶ τῷ Θεῷ εὐάρεστον. Sed neque vetus Ver-

Nullus sine Episcopo aliquid^e operetur eorum^e quae conveniunt in Ecclesiam. Illa firma gratiarum actio reputetur, quae sub ipso^{**} est, vel quam utique ipse concesserit. Ubi utique apparet Episcopus, illic multitudo sit : quemadmodum utique ubi est Christus Jesus, illic Catholica Ecclesia. Non licitum est sine Episcopo neque baptizare, neque agapen facere : sed quod utique ille proba-

^e aliquid
deest C. C.

^e f. Episcopo, ut supra, p. 421.

sio Armachani haec agnoscit ; et certe non videntur Ignatii, verum potius Antiochi verba. VOSSIUS.

7. ἡ καθολικὴ ἐκκλησία.] Catholicae cognomen quando primum adhaeserit Ecclesiae Dei difficile est dicere, inquit Valesius ad Euseb. [H. E. viii 10, not. 13.] Prima illius mentio in Polycarpi Martyrio, [§§ 8, 19.] sub M. Antonino ; secunda in Passione Pionii, sub Decio. Male. Haec ab eo observatio facta est priusquam verum Ignatium viderat. Nam Interpolator alio haec traxerat. PEARSON. Moehlerus, *Einleitung*, p. 292, ubi Episcopus est, ibi est Ecclesia concreta ; et ubi Christus, ibi Ecclesia universalis. Aliter Rothius, *Anfänge*, p. 472 sq. cui καθολικὴ idem quod *visibilis Ecclesia* valet. Baumgarten-Crusio denique, *Lehrbuch d. Dogmengeschichte* ii 1255, est καθολικὴ potius vera, quam universalis Ecclesia. HEFELIUS. Tu confer omnino Pearson. *Exposition of the Creed*, Art. ix not. q, et Bull. Judic. Eccl. Cath. vi 14. Opp. vi p. 150.

8. οὗτε βαπτίζεω] Cf. Tertull. de Baptismo, § 17. ‘Dandi

quidem habet jus summus sacerdos, qui est Episcopus, de hinc Presbyteri et Diaconi, non tamen sine Episcopi auctoritate, propter Ecclesiae honorem, quo salvo, salva pax est.’

ib. ἀγάπην ποιεῖν.] Ut δοχὴν ποιεῖν. Luc. v 29, xiv 13. De Eucharistia intelligere videntur Int. Vet. et Interpolator. Sed de Eucharistia antea locutus est. Videtur igitur solennem Coenam significare, qua se excipiebant Christiani. De his Coenis Judas Apostolus, [vers. 12] Clem. Alex. p. 142, [Paed. ii 1, p. 166 ed. Potter.] Tertull. Apol. § 39, Augustin. c. Faustum xx 20, Canon xi Concil. Gangr. Salmasius, in Apparatu, ex hoc loco mire concludit Agapas invaluisse ad finem secundi saeculi. PEARSON. οὗτε προσφέρειν, οὗτε θυσίαν προσκομίζειν, οὗτε δόχην ἐπιτελεῖν. Interpolator ; cujus scilicet tempore consuetudo has Epulas sacras celebrandi jam erat abrogata. Armenius, neque facere requiem. Fragm. Syr. ap. Cureton. p. 234, nor to make refreshments. Petermannus conferri jubet versionem Peschito vocabuli ἀγαπαῖς in Ep. S. Judae, 12.

Θεῶ εὐάρεστον, ἵν' ἀσφαλὲς ἦ καὶ βέβαιον πᾶν ὁ
πράσσεται.

Honorem
Episcopi
porro ur-
get; et gra-
tias Smyr-
naeis agit
pro officiis
sibi prae-
stitis,

Θ'. Εὐλογόν ἐστιν λοιπὸν ἀνανῆψαι· καὶ, ὡς ἔτι
καιρὸν ἔχομεν, εἰς Θεὸν μετανοεῖν. Καλῶς ἔχει Θεὸν
καὶ ἐπίσκοπον εἶδέναι. Ὁ τιμῶν ἐπίσκοπον ὑπὸ 5
Θεοῦ τετίμηται· ὁ λάθρα ἐπισκόπου τι πράσσωσιν τῷ
διαβόλῳ λατρεῖ. Πάντα οὖν ὑμῖν ἐν χάριτι περισ-
σευέτω, ἄξιοι γάρ ἐστε. Κατὰ πάντα με ἀνεπαύ-
σατε, καὶ ὑμᾶς Ἰησοῦς Χριστός· ἀπόντα με καὶ
παρόντα ἠγαπήσατε· ἀμείβοι ὑμῖν Θεός, δι' ὃν πάντα 10
ὑπομένοντες αὐτοῦ τεύξεσθε.

et Philoni,
Rheo, cae-
terisque co-
mitibus ex-
hibitis.

Γ'. Φίλωνα, καὶ Ῥέον Ἀγαθόπου, οἱ ἐπηκολού-
θησάν μοι εἰς λόγον Θεοῦ, καλῶς ἐποιήσατε ὑπο-
δεξάμενοι ὡς διακόνους Χριστοῦ Θεοῦ· οἱ καὶ εὐχα-
ριστοῦσιν τῷ Κυρίῳ ὑπὲρ ὑμῶν, ὅτι αὐτοὺς ἀνεπαύ- 15
σατε κατὰ πάντα τρόπον. Οὐδὲν ὑμῖν οὐ μὴ ἀπο-
λείται. Ἀντίψυχον ὑμῶν τὸ πνεῦμά μου, καὶ τὰ

1. ἵν' ἀσφαλὲς] Ita in Cod.
Laur. ἵνα ἀσφαλές Libb. impr.
utī in Cod. Casan.

3. λοιπὸν] Cf. Ep. ad Eph. § 11.

ib. ἀνανῆψαι] II Tim. ii 26.
[ἀνανήψωσιν ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου
παγίδος.] PEARSON.

5. εἶδέναι.] honorare, colere.
Eundem hujus verbi usum ha-
bes I Cor. xvi 15, I Thess. v 12,
quo modo adhibuerunt Aristides
quoque, πεπαιδευταί τοὺς κρείττους
εἶδέναι. i p. 66 ed. Jebb., et Ae-
lianus, Var. Hist. ii 13, οὐκ ἦδει
θεοῦ, οὐδ' ἐτίμα' quae loca inter
alia congressit Abreschius, Anim-
adv. ad Aeschylum, i p. 543.

8. Κατὰ πάντα με] Cod. Casan.
μέν, unde Dresselius conj. κατὰ
πάντα μὲν ἀνεπαύσατέ με.

10. ἀμείβοι] Edd. omnes ante
Dresselium, ἀμείβη. Sed Cod.
uterque exhibet ἀμοίβει, ubi li-
brariorum oscitantia meliorem
ac proculdubio veram lectionem
satis clare indicat.

12. Φίλωνα,] Cf. Ep. ad Phi-
lad. § 11.

ib. Ῥέον Ἀγαθόπου,] Male
duo nomina efformarunt Intt.
Unum id esse nomen apparet
eum ex hoc loco, tum etiam
magis ex Ep. ad Philad. [§ 11.]
Hic est, puto, ille Agathopus,
ad quem scribit Valentinus
haereticus apud Clem. Στρωμ.
iii. [p. 538 ed. Potter.] In
Inscriptionibus nomen Agatho-
pus saepius occurrit. VOSSIUS.
Idem existimavit Pearsonus ad

verit, hoc est^f Deo beneplacitum; ut stabile sit et firmum omne quod agitur. C. C. C.

IX. Rationabile est de caetero evigilare; et cum adhuc tempus habemus, in Deum poenitere. * * * * g Honorans Episcopum, a Deo honoratus est: qui occultans ab Episcopo aliquid operatur, Diabolo praestat obsequium. Omnia igitur vobis in gratia superabundent: digni enim estis. Secundum enim omnia me quiescere fecistis: et vos Jesus Christus. Absentem me et praesentem dilexistis: retribuatur vobis Deus, propter quem omnia sustinentes, ipsum adipiscemini. Gal. vi 10.
g Bene laudat et Deum et Episcopum corripit C. C.

X. Philonem et Reum et Agathopum, qui secuti sunt me in verbum Dei, bene fecistis suscipientes ut ministros Dei Christi; qui et gratias agunt Domino pro vobis; quoniam^h ipsos quiescere fecistis secundum omnem modum. Nihil vobis utique deperibit. Conformis animae vestrae spiritus h quia C. C.

h. l. et Grabius, Spicil. Sacc. ii, pp. 22, 53. Vide supra, p. 438 l. 11. Codex uterque praestat *ῥέων*. De forma accusativi *Ἀγαθόπου* videndus Fischer. Animadv. ad Gr. Gr. Welleri. iii 182.

13. *εἰς λόγον Θεοῦ*,] Cf. Ep. ad Philad. § 11, *εἰς λόγον τιμῆς*. D. Paul. ad Philipp. iv 15, *εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως*. Thucyd. iii 46, *εἰς χρημάτων λόγον*. De formula *εἰς λόγον, quod attinet ad*, vid. Abresch. Diluc. Thucyd. p. 325, et Wyttenbach. in Biblioth. Crit. III ii 9.

15. *ὑπὲρ ἡμῶν*,] Codd. *ἡμῶν*. ἢ. *ἀνεπαίστατε*] Vox Paulina: I Cor. xvi 18, II Cor. vii 13, Philem. 7.

16. *οὐδὲν ἡμῖν*] i. e. pro om-

nibus illis beneficiis mercedem recipietis. HEFELIUS.

17. *Ἀντίψυχον κ. τ. λ.*] Loquitur tanquam martyr, vitam suam eorum loco positurus; ideoque addit καὶ τὰ δεσμά μου. PEARSON. Athanasius, de Incarnatione Verbi: *Ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, εἰκότως τὸν ἑαυτοῦ ναὸν καὶ τὸ σωματικὸν ὄργανον προσάγων ἀντίψυχον ὑπὲρ πάντων, ἐπλήρου τὸ ὀφειλόμενον ἐν τῷ θανάτῳ.* [§ 9, tom. i p. 54 E ed. Ben.] et post, *ὡς πρόβατον, ὑπὲρ τῆς πάντων σατηρίας, ἀντίψυχον τὸ ἑαυτοῦ σῶμα εἰς θάνατον παραδούς.* Chrysostom. Orat. v contra Iudaeos. Orri. vi p. 395 ed. Savil. *Δύναται πολλάκις μία κερδηθεῖσα ψυχὴ μυρίων ὄγκον ἀμαρτημάτων ἀφανίσαι, καὶ γενέσθαι ἡμῖν*

δεσμά μου, ἃ οὐχ ὑπερηφανήσατε, οὐδὲ ἐπαισχύνθητε· οὐδὲ ὑμᾶς ἐπαισχυνθήσεται ἡ τελεία πίστις, Ἰησοῦς Χριστός.

Ecclesiam Antiochenam pace frui: mittendum ergo a Smyrnaeis legatum, qui illi hoc

ΙΑ. Ἡ προσευχὴ ὑμῶν ἀπῆλθεν ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν τὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας· ὅθεν δεδεμένος 5 θεοπροπεστάτοις δεσμοῖς πάντας ἀσπάζομαι, οὐκ ὦν ἄξιός ἐκείθεν εἶναι, ἔσχατος αὐτῶν ὦν· κατὰ θέλημα δὲ κατηξιώθη, οὐκ ἐκ συνειδότος, ἀλλ' ἐκ χάριτος

ἀντίψυχον ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. USSER. Josephus de Maccab. § 18, ὡσπερ ἀντίψυχον γεγονότας τῆς τοῦ ἔθνους ἀμαρτίας. Cf. Ep. ad Eph. § 21, et ad Polyc. §§ 2, 6.

1. ὑπερηφανήσατε,] MSS. habent ὑπεριφανήσατε, uti Cod. Laur. in Ep. ad Polyc. § 4 ὑπεριφάνει, et ad Philad. § 6 κτίσωνται pro κτήσωνται. Quae omnia vitia in Salvinii apographo tacite corriguntur. Sic ad Trall. quoque, § 8, ἀνακτίσασθε pro ἀνακτήσασθε. Cf. ad Philad. § 8, ἀνακτίσασθε.

ib. ἐπαισχύνθητε,] Eadem formam exhibent Codd. nonnulli, II Tim. i 16, ἐπαισχύνθη pro ἐπησχύνθη.

2. ἡ τελεία πίστις,] Forte haec verba separatim a sequentibus intelligi debent: *neque fides vestra, quam integram servastis, vos unquam in ruborem dabit; neque ipse Jesus Christus, in quem credidistis.* Interpolator habet ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, et pro πίστις reponit ἐλπίς. SMITH. i. e. *qui perfecte fidelis est.* Similiter, πιστός ὁ Θεός, I Cor. i 9, x 13, I Thess. v 24, II Thess. iii 3. HEFEL. Armenius legisse videtur ἡ τελεία ἐλπίς μου. PETERMAN. Cf. S. Johan. I iv 18, ἡ τελεία ἀγάπη. Ruchatus

exponit, *la fidélité parfaite; c'est-à-dire, parfaitement fidèle dans ses promesses.* Wocherus vertit, *die volkommene Treue,* et conferri jubet Heb. xii 2, τὸν τῆς πίστεως . . . τελειωτὴν Ἰησοῦν. Addas Col. i 28, Rom. ix 33, x 11.

4. ἀπῆλθεν] An fama sola, an literis, an effectu? ut in fine hujus periochae et alibi in his Epistolis. SMITH. Effectu, proculdubio.

5. Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας,] Ut distinguatur a reliquis ejusdem nominis urbibus, quae plures erant; at haec earum, ut loquitur Stephanus, πρώτη. Ἀντιοχείᾳ δέκα πόλεις ἀναγράφονται· decem sc. urbes eo nomine insignitas invenerat ἐν ἀναγραφαῖς· εἰσὶ δέ, inquit, πλείους. Ipse sc. plures observaverat, et tredecim enumerat, ut nunc editur. Addenda autem est decima quarta ex MS. veteri, ἰδ' Ἰσανρίας ἢ Λαμωτῖς λεγομένη. Appianus etiam tradit, sedecim Antiochias ab uno Seleuco conditas esse, in memoriam patris sui. Syriacis p. 86. [ed. Steph. 1551.] Recte etiam Antiochia Syriae dicitur, ut non solum distinguatur ab illa Antiochia quae in ipsa Asia Lydiaea sita est; sed etiam ab earum una, quae

meus, et vincula mea, quae non despexistis, neque erubuistis: neque vos erubescet perfecta fides. Jesus Christus.

XI. Oratio vestra pervenit ad Ecclesiam quae est in Antiochia Syriae; unde ligatus Deo decen-
tissimis vinculis omnes saluto; non existens dig-
nus indeⁱ esse, extremus ipsorum existens: secun-
dum voluntatem autem^k Dei dignus factus sum,

ⁱ inde dig-
nus C. C.
^k autem
deest C. C.

in ipsa Syria fuit, sed non ejus-
dem famae, quae dicebatur An-
tiochia ad Euphratem; haec
autem ad Daphnum, aut ad
Orontem, dicta est Antiochia
Syriae, quia Syriae metropolis
fuit; quam Strabo caput Sy-
riae, [xvi, p. 1066 ed. Falconer.]
Marcellinus pulchrum Orientis
apicem vocat. [xxii 9.] Ste-
phanus, Δάφνη, προάστειον ἐπιση-
μότατον τῆς Ἐφῶς Ἀντιοχείας μη-
τροπόλεως. Hic quidem Igna-
tius non dicit, sed indicat se
fuisse Episcopum Antiochiae,
et ibi in vincula coniectum, ad
Troadem jam perductum esse.
Sed in Ep. ad Rom. [§§ 2, 9]
vocat seipsum diserte τὸν ἐπί-
σκοπον Συρίας, quod idem et ali-
quid majus significat. Et certe
Veteres omnes tradunt eum
Episcopum Antiochiae fuisse;
et quia constat, tum Petrum,
tum Paulum Antiochiae versa-
tos esse, ideo ab Apostolis or-
dinatum fuisse aliqui tradunt,
quod non est perinde certum.
PEARSON.

5. δεδεμένως] i. q. δέσμιος ἀπα-
χθείς. Cf. δεδεμένον ἀπὸ Συρίας.
Ep. ad Eph. § 1.

6. θεοπρεπεστάτους] Armenius,
ac si legisset ἀγιοθεούς, vinculis
quae grata sunt Deo. PETER-
MAN. vinculis mihi Deum

colenti honorificis. Horneman.
mit den so Gottgefälligen Ban-
den abgeführt. Wocher. liens
très beaux devant Dieu. Ru-
chat. chains which are the
fittest ornament of a servant of
God. Chevallier.

ib. οὐκ ὦν ἄξιος ἐκέθειν εἶναι,]
Modestiae et humilitatis causa
reticet titulum Episcopi. Ἐκεί-
θεν videtur poni pro ἐκεῖ, ut
ἔσχατος ὦν τῶν ἐκεῖ πιστῶν, in
Ep. ad Ephes. § ult. SMITH.
Pari modestia de se loquitur
Ignatius, ad Trall. § 13, ad
Magn. § 14, ad Rom. § 9.

7. ἔσχατος αὐτῶν ὦν.] Dresse-
lius, Cod. Casan. secutus, dedit
ἔσχατος αὐτῶν, ὦν κατὰ, et vix se
tenere poterat, quin δέ post ὦν
collocaret.

ib. κατὰ θέλημα] Absolute pro
voluntate Dei, ut in Ep. ad
Polycarp. [§ 8] ὡς τὸ θέλημα
προστάσσει et propius ad hanc
rem in initio Ep. ad Rom.
PEARSON. Cf. ad Eph. § 20.
Ita infra § 12 ἡ χάρις, Ep. ad
Polyc. § 1 ἐν χάριτι, ad Trall.
§ 13 ὡς τῇ ἐντολῇ, ad Magn. § 4
κατ' ἐντολήν. Smithus et Hefe-
lius, Int. Vet. et Interpol. se-
cuti, inserunt Θεοῦ. Armenius
legisse videtur κατὰ οὖν θέλημα
μου.

8. οὐκ ἐκ συνειδότητος,] ex sola

nomine
gratuletur.

Θεοῦ, ἣν εὐχομαι τελείαν μοι δοθῆναι, ἵνα ἐν τῇ
προσευχῇ ὑμῶν Θεοῦ ἐπιτύχω. Ἴνα οὖν τέλειον ὑμῶν
γένηται τὸ ἔργον, καὶ ἐπὶ γῆς καὶ ἐν οὐρανῷ, πρέπει
εἰς τιμὴν Θεοῦ χειροτονῆσαι τὴν ἐκκλησίαν ὑμῶν
Θεοπρεσβύτην εἰς τὸ γενόμενον ἕως Συρίας συγχα- 5
ρῆναι αὐτοῖς, ὅτι εἰρηνεύουσιν, καὶ ἀπέλαβον τὸ ἴδιον
μέγεθος, καὶ ἀποκατεστάθη αὐτοῖς τὸ ἴδιον σωματεῖον.
Ἐφάνη μοι οὖν ἄξιον πρᾶγμα πέμψαι τινὰ τῶν
ὑμετέρων μετ' ἐπιστολῆς, ἵνα συνδοξάσῃ τὴν κατὰ
Θεὸν αὐτοῖς γενομένην εὐδίαν, καὶ ὅτι λιμένος ἤδη 10
ἐτύγχανεν τῇ προσευχῇ ὑμῶν. Τέλειοι ὄντες τέλεια
καὶ φρονεῖτε· θέλουσιν γὰρ ὑμῖν εὖ πράσσειν Θεὸς
ἕτοιμος εἰς τὸ παρασχεῖν.

*gratia Dei; non quod nihilmet
ipsi vel minimum sim conscius,
quasi ipse meruisssem.* SMITH.
Joseph. Ant. I i 4, *συνειδὼς ἑαυτῷ
τὴν ἀδικίαν... ἐπὶ συνειδότι ποιηρῷ.*

ib. *ἐκ χάριτος Θεοῦ,*] τοῦ Θεοῦ
Aldrichius; sed Cod. Laur. ar-
ticulum non agnoscit.

3. καὶ ἐπὶ γῆς] *coram Deo et
hominibus.* SMITH. Aldrichio,
in ejus editione καὶ desidera-
tur, hic quoque fraudi fuit Sal-
vinii apographum.

4. χειροτονῆσαι] II Cor. viii
19, *Πρεσβεύονται, οἱ τοὺς πρέ-
σβεις χειροτονούντες καὶ πέμπον-
τες.* Thomas Magister. PEAR-
SON.

5. Θεοπρεσβύτην] Ita Cod.
uterque. Haec vox ab Inter-
pol. hic retinetur, et in Ep. ad
Philad. § 10 sic explicatur,
*χειροτονῆσαι διάκονον, εἰς τὸ πρε-
σβεύσαι ἐκεῖ Θεοῦ πρεσβείαν. Sa-
crum legatum, Vairlen.* Coteler.
Holstenius; *Divinum Legatum,*
Marklandus; *virum sacrae huic*

legationi destinatum, Horne-
mannus; *some worthy delegate,*
Wakius et Chevallier. Int.
Vet. videtur legisse *θεοπρεσβεστά-
την,* quod Vossius quidem re-
tinet, subauditque *τινὰ, vel τινὰ
πρεσβεύσοντα.* Petermannus

Vossium sequitur, licet Arme-
nium exhibere *praecursorem* ac
si legisset *Θεοδρόμον* testatur.

ib. εἰς τὸ γενόμενον] *ut quum
ad Syriam usque venerit, con-
gratuletur illis &c.* COTEL.

6. ἀπέλαβον] *Jam licet con-
ventus sacros agere, et idem,
quod antea, Ecclesiae corpus
constituere: quod satis ostendit
unitatem particularis Ecclesiae
sub uno Episcopo, licet jam per
vim abducto. Omnium vestrum
corpus,* S. Polycarp. ad Philipp.
[§ 11.] SMITH. De remis-
sione ista persecutionis hic me-
morata, Cf. Ep. ad Polycarp.
§ 7, et ad Philad. § 10.

7. ἀποκατεστάθη] Cod. Laur.
ἀπεκατεστάθη.

non ex conscientia, sed ex gratia Dei; quam oro perfectam mihi dari, ut in oratione vestra Deo potiar. Ut igitur perfectum vestri fiat opus, et in terra et in coelo, decet, ad honorem Dei, ordinare Ecclesiam vestram Deo venerabilem, in factum Phil. ii 17. usque Syriam congaudere ipsis, quoniam¹ pacem¹ qui C. C. habent, et acceperunt propriam magnitudinem, et restitutum est ipsis proprium corpusculum. Visum est mihi igitur Deo digna res, mittere aliquem vestrorum cum epistola: ut conglorificent² * f. conglorificet. eam, quae secundum Deum, ipsis factam tranquillitatem; et quoniam portu jam potita est, oratione vestra. Perfecti existentes, perfecta et sapite. Volentibus enim vobis benefacere³, m et benefacere C. C. Deus paratus est ad tribuere⁴, n adtribuere. C. C.

ib. *σωματίον*.] *Corpus, Collegium*. lib. 2 Basilic. tit. 5 cap. 27, *πραγματικὸς δὲ θεῖος τύπος μὴ ἐκφωραίσθω πρὸς ἰδιωτικὴν τινος ἰδιωτικοῦ πράγματος δέησιν, ἀλλὰ μόνον πρὸς σωματίον, ἢ ἕτερον σύστημα, ἢ πόλιν, ἢ ἐπαρχίαν*. Addas cap. 8 lib. 7 tit. 8 cap. 11, tit. 11 cap. 20 Biblioth. Juris Canonici, p. 129, &c. CANGIUS, in Gloss. Med. et Infim. Graecitatis. *Σωματίον* in Epist. Vienn. et Lugdun. bis, ap. Euseb. H. E. v i 18, 48. *Corpusculum* videtur coetus esse Christianorum, qui propter Imperatoris ac Praesidentis Romani vexationem dilapsi, et post eam repressam ac sedatam reversi fuerant. Act. Erud. Lips. Ann. 1731, p. 459.

8. *ἀξίον πρῶγμα*] Int. Vet. legebatur *ἀξιόθεον*. MARKLAND.

9. *ὑμετέρων*] Sic Cod. uterque, Int. Vet. et Interpolator.

At Dresselio magis placet *ἡμετέρων*, ex incuria, ut videtur, in Hefelii ed. primam admissum.

11. *ἐτύγχανεν*] Ita Cod. Med. Salvinus conj. *ἐτύγχανον*, uti, aut potius *ἔτυχον*, Petermannus Armenium legisse suspicatur.

ib. *τέλειοι κ. τ. λ.*] Citatur in Maximi Loc. Comm. Serm. ii, [p. 165 Tigur. 1546.] et in alio Graeco Locorum Comm. lib. MS. in Oxon. Academiae Bibliotheca publica, [Barocc. 143, fo. 60 b.] cap. 9, omisa in utroque *καί* conjunctione. USSER.

12. *θέλουσιν γὰρ κ. τ. λ.*] Ibidem quoque et ista legitur sententia; et utrobique non conjunctio solum omittitur, sed *παρέχειν* etiam legitur pro *παρασχεῖν*. Citatur et a Damasceno, Parall. i 9, *ἡμῖν* pro *ὑμῖν* posito. USSER. Anne in *εὖ πράσσειν* ludit, sicut Aristoteles, in Eth. Nicom. i 4, 2?

A fratribus,
qui sunt
Troade, il-
lis salutem
dicit.

IB'. Ἀσπάξεται ὑμᾶς ἡ ἀγάπη τῶν ἀδελφῶν τῶν ἐν Τρωάδι, ὅθεν καὶ γράφω ὑμῖν διὰ Βούρρου, ὃν ἀπεστείλατε μετ' ἐμοῦ ἅμα Ἐφεσίοις, τοῖς ἀδελφοῖς ὑμῶν· ὃς κατὰ πάντα με ἀνέπαυσεν. Καὶ ὄφελον πάντες αὐτὸν ἐμμοῦντο, ὄντα ἐξεμπλᾶριον Θεοῦ 5 διακονίας. Ἀμείψεται αὐτὸν ἡ χάρις κατὰ πάντα. Ἀσπάξομαι τὸν ἀξιόθεον ἐπίσκοπον, καὶ θεοπρεπέστατον πρεσβυτέριον, τοὺς συνδούλους μου διακόνους, καὶ τοὺς κατ' ἄνδρα καὶ κοινῇ πάντας, ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆ σαρκὶ αὐτοῦ καὶ τῷ 10 αἵματι, πάθει τε καὶ ἀναστάσει, σαρκικῇ τε καὶ πνευματικῇ, † ἐν ὀνόματι, † ἐν ἐνότητι Θεοῦ καὶ ὑμῶν. Χάρις ὑμῖν, ἔλεος, εἰρήνη, ὑπομονὴ διὰ παντός.

Salutat
Episco-
pum, Pres-
byteros,
Diaconos,

et fratres
cum fami-
liis, virgi-
nesque.

IIΓ'. Ἀσπάξομαι τοὺς οἴκους τῶν ἀδελφῶν μου σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις, καὶ τὰς παρθένους τὰς λεγο- 15

1. ἡ ἀγάπη τῶν ἀδελφῶν] i. e. ἀδελφοί. 1 Cor. xvi 20, Phil. iv 21, Tit. iii 15. PEARSON. Cf. Ep. ad Trall. § 13.

2. γράφω] Aldrich. γράψω.

ib. Βούρρου,] Vid. not. ad Eph. § 2, ad Philad. § 11.

3. Ἐφεσίοις, τοῖς ἀδελφοῖς] Euplo et Frontone. SMITH. Cf. Ep. ad Eph. § 2.

4. ὃς κατὰ πάντα] Voss. ὅτι κ. π. MSS. consentiunt Int. Vet. et Armenius.

ib. ὄφελον] Alter Interpres videtur legisse ὄφελον. *Et debuerant quidem omnes eum imitari.* ὄφελον πάντες αὐτὸν μιμῆσθαι mutata verborum constructione. Sed lectio prior neutiquam debuerat sollicitari, utpote recta et sana, etsi elegantius Atticis non satis congrua. SMITH. Dresselius de-

dit ὄφελον e Cod. Casan. in quo stat ὄφελον, ὃ supra scripto manu secunda. Imitatur D. Paulum, 1 Cor. iv 8, καὶ ὄφελόν γε ἐβασιλεύσατε.

5. ἐξεμπλᾶριον] Eo vocabulo et alibi utitur Ignatius. [ad Eph. § 2, ad Trall. § 3.] Sed et Polycarpus usurpasse in Ep. ad Phil. videtur; quamvis ea pars [§ 10] Epistolae ejus Graece deperierit. VOSSIUS.

6. ἡ χάρις] Absolute, ut in Ep. ad S. Polyc. § 8. Frustra et absque omni necessitate addit Interpol. τοῦ Κυρίου. SMITH. Sic B. Paulus ad Titum, iii 15, ἡ χάρις μετὰ πάντων ὑμῶν. Cf. supra p. 468 l. 7.

8. τοὺς συνδούλους] καὶ τοὺς συνδούλους ex Int. Vet. Smith. Cotel. et Russelius. Codd. copulam non exhibent.

XII. Salutatur vos charitas fratrum, qui in Troade: unde et scribo vobis, per Burrum, quem assistis mecum simul Ephesiis fratribus vestris: qui secundum omnia me quiescere fecit. Et utinam omnes ipsum imitentur, existentem exemplarium Dei ministerii. Remuneret ipsum gratia secundum omnia. Saluto Deo dignum Episcopum, et Deo decens Presbyterium, et conservos meos Diaconos; et singillatim et communiter omnes, in nomine Jesu Christi, et carne ipsius, et sanguine, et passione^o, et resurrectione, carnali et spirituali, in unitate Dei et vestri. Gratia vobis, et misericordia, et pax, et sustinentia semper^o.

^o passione-
que C. C.

v Gratia
vobis, pax
et miseri-
cordia et
sustinentia
semper.
C. C.

XIII. Saluto domos fratrum meorum, cum uxoribus et filiis; et virgines vocatas viduas. Valete

10. τῷ αἵματι,] Marklandus adscripserat τῷ πνεύματι, sed stylum postea vertit.

12. † ἐν ὀνόματι, † ἐν ἐνότητι.] Jam præcessit ἐν ὀνόματι [Ἰησοῦ Χριστοῦ]. Itaque non opus est repetere illa verba, quae hic locum non habent. Delenda proinde ut irreptitia, vel ex similitudine sequentium, vel repetitione priorum. VOSSIUS. Verba, quae non agnoscit Armenius, rejiciunt Pearson. Smith. Markland. Galland. Hefel. et Dresselius. Apud Interpol. πάθει τε καὶ ἀναστάσει, σαρκικῇ τε καὶ πνευματικῇ ἐνότητι Θεοῦ καὶ ἡμῶν.

13. ἔλεος,] Hanc vocem omisit Armenius. PETERMAN.

14. Ἀσπάζομαι.] Ἀσπασμός videtur esse tum salutatio propter salutem, tum valedictio. Artemid. ii 2, Ἀσπάζεσθαι δὲ τοὺς συνήθεις, καὶ παραγορεύειν, καὶ καταφιλεῖν, ἀγαθόν. [p. 82 ed.

Rigalt.] Salutationes signa communionis Ecclesiasticae: unde Lucianus Confessor, inter Epp. Cypriani, 22, [p. 48 E ed. Fell.] ‘Saluta Numeriam et ‘Candidam.’ PEARSON.

ib. τοὺς οἴκους.] Οἴκους vocat, quos S. Paulus nunc οἴκους, nunc οἰκίας nominat; familiae autem quae intelligantur, explicat σὺν γυναίξιν καὶ τέκνοις. Hinc lux illi loco 1 Cor. i 16, ἐβάπτισα δὲ καὶ τὸν Στεφᾶνῶ οἶκον. i. e. non tantum Stephanam, sed omnes qui ad ejus familiam pertinebant. PEARSON.

15. τὰς λεγομένας χήρας.] Vir doctissimus legebat, καὶ τὰς λεγομένας χήρας. Ego tamen vulgatam lectionem probo. Quid enim hic facit τὰς λεγομένας? Quid opus erat illud addere? Simpliciter dixisset Ignatius καὶ τὰς παρθένους καὶ τὰς χήρας. Nostram quoque lectionem probat Vetus Versio. Virgines

μένας χήρας. Ἐρρωσθέ μοι ἐν δυνάμει Πνεύματος. Ἀσπάζεται ὑμᾶς Φίλων, σὺν ἐμοὶ ὄν. Ἀσπάζομαι τὸν οἶκον Ταουτίας, ἣν εὐχομαι ἐδρᾶσθαι πίστει καὶ ἀγάπῃ σαρκικῇ τε καὶ πνευματικῇ. Ἀσπάζομαι Ἀλκην, τὸ ποθητὸν μου ὄνομα, καὶ Δάφνον τὸν 5

autem, sive mulieres quae virum non habuissent, etiam viduarum appellatione contineri, patet ex Javoleno, Dig. Lib. I Tit. xvi de Verb. Sign. § 242. Viduam non solum eam quae aliquando nupta fuisset, sed eam quoque mulierem quae virum non habuisset, appellari ait Labeo. [Cf. Niebuhr. Hist. Rom. i 408 vers. Anglican.] Pro viduis est Clem. Alex. Strom. vii, [§ 12, p. 875 ed. Potter.] ἡ χήρα διὰ σωφροσύνης αὐθις παρθένος. Puto autem, hic Ignatium loqui non de illis quae simpliciter essent viduae, sed de iis quae erant Diaconissae. Electas esse ad hoc ministerium quandoque virgines, adparet ex Tertulliano, de Virg. Veland. § 9. [Plane scio alicubi virginem in viduatū ab annis nondum viginti collocatam.] Qua de re queritur.] VOSSIUS. Salutatur Smyrnensis Ecclesiae Diaconissas, quae virgines erant, et vocabantur viduae. Virgines erant: quales eum in ordinem adlectas fuisse constat ex Const. Apost. vi 17, Epiphanio, Expos. Fidei, § 21, [καὶ αὐταὶ δὲ μονόγαμοι ἐγκρατευσάμεναι, ἣ χηρεῖσασαι ἀπὸ μονογαμίας, ἣ ἀειπάρθενοι οὖσαι] Opp. i p. 1104 ed. Petav.] Gregorio Nyss. in Vita Macrinae, [Opp. ii p. 197 ed. Morel.] quibus addi possunt Sozomenus, viii 23, Novellae,

Zonaras, [p. 66] Balsamon, [p. 299] alii. Viduae vocabantur, quia in gradu Viduali seu Diaconico erant constitutae. Ecclesiae quaedam mandati Apostolici tenaces, et nominis viduatus, τοῦ χηρικοῦ, memores, virginum denique consulentes quieti, non alias ad Diaconatum provehebant, quam viduas. Idque postea sancitum fuit lege Theodosii. COTEL. De Diaconissis intelligunt Hefel. et Merxius. Τὸ χηρικόν, Ordo vidualis, viduarum gradus, legitur in Const. Apost. iii 1 2, viii 25. Neandro, in Vita Chrysostomi, ii 113, has voces τὰς λεγομένας χήρας ex glossemate irrepsisse diserte pronuntianti, vehementer adversatur Rothius, Anfänge, p. 253 not. 109. Interpolator praestat καὶ ἀειπαρθένους καὶ τὰς χήρας. Vocem ἀειπαρθένους de virginibus Vestalibus usurpant Dion et Xiphilinus.

1. Πνεύματος.] Coteler. ad fidem Int. Vet. mallet ἐν δυνάμει Πατρός, quam lectionem, nunc demum ab Armenio confirmatam, in Ed. quarta admisit Hefelius.

2. Φίλων,] Φίλων ὁ συνδιάκονος, Interpolator. Cf. supra, § 10.

3. Ταουτίας,] Haec est vera scriptura, quam probat etiam Vet. Int. ut videtur. Frustra sunt illa nomina, quae in Pseudo-Ignatii variis Codd. leguntur, Gavia, Grania, Gravia, Gaia,

mihī in virtute Patris. Salutāt vos Philon, mecum existens. Saluto domum Thaviae, quam oro firmari fide et charitate⁴ carnali et spiritali. Saluto ^{9 caritate} Alken, desideratum mihī nomen, et Daphnum in-
C. C.

&c. quae omnia non sunt assis. Ταυία, sive Tabia, hic est vera lectio. Forsan hoc nomen translatum ab urbe, ut solent multa mulierum nomina; nam Tabia Galatarum urbs. Sed quis omnia veterum Christianorum nomina explicaverit? Vel in hoc ipso Ignatio occurrunt aliqua, quae nusquam alibi reperire est. Sed nulli hoc mirum videri debet, qui norit, Christianorum veterum non minimam partem fuisse servos, aut libertos, tam mulieres, quam viros; ac proinde nomina ipsis imposita fuisse saepe barbara ac inusitata, et e re nata. VOSSIUS. Vulg. legit Γαβίας quumque Γ et Τ tam similes literae sint, et in MSS. saepe confusae reperiantur, dubitari non immerito potest, an mulieris hujus nomen Gavia fuerit, an Tavia. Mihi Gavia potius fuisse videtur. De Gavia enim saepe legimus, de Tavia non item. Gruter. p. 1031, 8 *Gaviae Gorgoniae*. Reines. p. 664 *Gaviae Domatae*. (vel *Donatae*.) p. 693 *Gaviae Quadratillae*. p. 743 *Gaviae Florae*. Gavius inter Graecos nomen tritissimum. PEARSON. Forsitan Φλαυίας, *Flaviae*. MARKLAND. Pearsoni correctionem Γαυίας ex Armenio confirmat Petermannus.

5. *Αληην,] Cf. Ep. ad Polyc. § 8. Inscript. xxxii in Append. Marm. Oxon. *Αληη Τειμοκράτους του 'Απέλλου. Inter Latinos,

Gruter. 310, 4 *Alce fecit*. Alce nomen erat cujusdam feminae, quae tricesimo plus minus abhinc anno Smyrnae vixit, et soror erat Nicetae; quem certum est hoc ipso tempore Ignatii vixisse, et patrem fuisse Herodis, qui tunc Smyrnae Irene narcha fuit, (de Niceta Smyrnaeo vide Reines. p. 609, qui eum ante vixisse vult) quum S. Polycarpus passus est, A. D. 147. Quae quidem eadem esse potuit cum hac nostra; nam Christiana inde fuisse videtur, quia Acta Polycarpi eam honoris causa nominant. [§ 17] Idem nomen fuit, si non et eadem femina, ratione cujus, utpote Christianae, frater ejus Nicetes intercesserat pro Polycarpo. PEARSON.

ib. τὸ ποθητὸν μου ὄνομα,] Ita Cod. uterque sicut etiam in Ep. ad Polyc. § 8. Vossius et Coteler. reponunt μοι. Pearsonus confert S. Paulum ad Phil. iv 1, ἀδελφοί μου ἀγαπητοί καὶ ἐπιτόθητοι.

ib. καὶ Δάφνον κ. τ. λ.] Haec verba usque ad ὄνομα, quae ab Int. Vet. et Pseudo-Ignatio agnoscuntur, e Cod. Med. librarii culpa excidisse queritur Vossius, deceptus, ni fallor, a voce ὄνομα intra spatium tam breve repetita.

ib. Δάφνον] Inscript. apud Reinesium, pp. 589, 590, *L. Valerius Daphnus*, p. 640 *Ti. Claudius Dapnios*, (pro *Daphnus*.) p. 693 *C. Gavius Daph-*

ἀσύγκριτον, καὶ Εὐτεκνον, καὶ πάντας κατ' ὄνομα.
Ἐρρωσθε ἐν χάριτι Θεοῦ.

nus. Daphnus enim vulgare nomen erat ea aetate, ut multae Inscript. ap. Gruter. ostendunt. p. 654, 1 *Daphnus*, p. 333, 5 *Daphno Sumptuario*. p. 1069, 8 *Daphnus Imp. T. Caes. Aug. Vespasiani Serv. Pecul.* p. 240 *M. Coelius Daphnus. A. Cascellius Daphnus. P. Faunius Daphnus.* Inter Deipnosophistas Athenaei numeratur Daphnus Ephesius. PEARSON.

ib. τὸν ἀσύγκριτον,] Ἀσύγκριτος S. Paulo viri nomen est, Rom. xvi 14, hic autem epithetum esse articulus Daphnum

sequens indicat, et *incomparabilem* significare videtur, ad Latinae linguae phrasim accommodatum. Graeci enim veteres aliter eam vocem usurpant. Hesychius, Ἀσύγκριτον ἀνόμιον, ὑπερέχον. Glossa vero, Ἀσύγκριτος, *incomparabilis*. Epiphanius, 418 et 413, [ed. Basil. contr. Haer. iii, tom. i p. 990 A, p. 976 A ed. Petav.] Hermes, p. 50, [Coteler. Patt. Apost. 1672, Mandat. vii.] ἡ πρᾶξις σου ἀσύγκριτος ἔσται. Vox *incomparabilis* in Inscriptionibus frequenter occurrit. Reines. p. 656 *Filiis incomparabilibus.*

comparabilem, et Eutecnum, et omnes secundum nomen. Valet in gratia Dei.

Cf. pp. 664, 919. p. 1022 *Marrito incomparabili*. pp. 423, 710 *Coniugi inc.* p. 425 *Amico suo inc.* p. 710. *Patri inc.* PEARSON. Smithus suo periculo omittit articulum, et ἄσικριτον exhibet. Bunsenius reponit τὸν Ἄσικριτον. Epistolarum Interpolatarum Interpres Vetus et *Daphnum incomparabilem et bonum filium.*

1. κατ' ὄνομα.] *nominatim.*— MARKLAND. D. Johannes, Ep. III 15, ἀσπάξον τοὺς φίλους κατ' ὄνομα. Vide supra, ad Eph. § 20 ἐξ ὀνόματος.

2. Ἐρρωσθε] Solennis formu-

la. Ita Apostoli, Act xv 29. Vid. Artemid. i 85. [Ἐρρωσο δὲ καὶ ὑγιανε, οὔτε λέγειν οὔτε ἀκοῦεν ἀγαθόν. p. 78 ed. Rigalt.] PEARSON. Conf. Ep. ad Magn. § 15.

ib. ἐν χάριτι Θεοῦ.] His verbis subicitur in Cod. Mediceo ΣΜΥΡΝΑΙΟΙΣ ΑΠΟ ΤΡΩΑΔΟΣ. Verum autem non est quod in notis ad hunc locum asserit Vossius, omnibus Epistolis addi ad quos sint perscriptae. Ad finem Epp. ad Polycarpum et ad Magnesianos quidem talis epigrapha legitur; caeteris autem deest.

ΠΡΟΣ ΠΟΛΥΚΑΡΠΟΝ.

ΙΓΝΑΤΙΟΣ, ὁ καὶ Θεοφόρος, Πολυκάρπῳ ἐπισκόπῳ ἐκκλησίας Σμυρναίων, μᾶλλον ἐπεσκοπημένῳ

1. ΠΡΟΣ ΠΟΛΥΚΑΡΠΟΝ.]
 Inter omnes Ignatii Epistolas nulla est, de cuius veritate magis disceptatum sit inter doctos. Nec inficior, aliqua hic esse, quae potuerint reddere suspectam; plura tamen, majoraque esse puto, quae aliud iis debuerant persuadere. Verba enim Polycarpi ex Ep. ad Philipp. ap. Eusebium, [H. E. iii 36] ἐγράψατέ μοι καὶ ὑμεῖς καὶ Ἰγνάτιος, aliter intelligi quam de hac Epistola; neque possunt, neque debent. Citat quoque eam Chrysostom. Hom. de Uno Legislatore, [vi 410 Edd. Ben. a quibus haec Homilia Chrysostomo abjudicatur.] Antiochus, et Damascenus. Sed quid sibi vult Hieronymus in Catalogo, [§ 16, Opp. ii 841 ed. Vallars.] quum inquit: 'Inde egrediens 'scripsit ad Philadelphicos, et 'ad Smyrnaeos, et proprie ad 'Polycarpum, commendans illi 'Antiochensem Ecclesiam; in 'qua et de Evangelio, quod 'nuper a me translatum est, 'super persona Christi ponit 'testimonium, dicens, &c.?' Verum est, Ignatium in Ep. ad Polycarpum commendare illi Ecclesiam Antiochenam; alter

vero ille locus, quem subdit, desumptus est ex Ep. ad Smyrn. Casaubonus parenthesi locum sanari posse putabat; quod tamen non est vero simile. Omnino erravit Hieronymus in reddendis Eusebii verbis: Ἦδη δὲ ἐπέκεινα τῆς Σμύρνης γενόμενος, ἀπὸ Τρωάδος τοῖς τε ἐν Φιλαδέλφειά αὐθις διὰ γραφῆς ὁμιλεῖ, καὶ τῇ Σμυρναίων ἐκκλησίᾳ, ἰδίως τε τῷ ταύτης προηγούμενῳ Πολυκάρπῳ, ὃν οἶα δὴ ἀποστολικὸν ἄνδρα εἶ μάλα γνωρίζων, τὴν κατ' Ἀντιόχειαν αὐτῷ ποιήσασθαι, οἶα γνήσιος καὶ ἀγαθὸς ποιμὴν, παρατίθεται, τὴν περὶ αὐτῆς φροντίδα διὰ σπουδῆς ἔχειν αὐτὸν ἀξίων. 'Ὁ δ' αὐτός, Σμυρναίους γράφων, οὐκ οἶδ' ὅποθεν ῥητοῖς συγκέχρηται, τοιαυτὰ τινα περὶ τοῦ Χριστοῦ διεξίω. Priora illa recte vertit Hieronymus. Sed peccavit, vel dum nimium festinat in compilando Eusebio, vel quod mutilum nactus sit exemplar, vel, quod potius credo, quod ita verba ista intellexit ut putarit illam ad Smyrnaeos, et Polycarpum, esse unam eandemque Epistolam. Quod si verum esset, non usus fuisset Eusebius illo loquendi genere, ut diceret; ὁ δ' αὐτὸς Σμυρναίους γράφων· aliis verbis significas-

AD POLYCARPUM.

IGNATIUS, qui et Theophorus, Polycarpo ^a *Theophorus Polycarpo C. C.*
 Episcopo Ecclesiae Smyrnaeorum, magis autem

set, ex eadem Epistola, de qua hactenus locutus esset, sequentia esse desumta. Nemo praeterea Veterum est, qui Ep. ad Smyrn. cum illa ad Polyc. confundat. Illud verum puto, simul utrasque missas fuisse, et hinc esse, quod illas simul nominet Eusebius, et quod in Manuscriptis alia aliam statim sequatur. VOSSIUS. Cod. Caiensis exhibet, "EPISTOLA 2^{da} "IGNATII Smyrnensis a Troade "Polycarpo."

2. IGNATIΟΣ,] Epistolae ad Polyc. duplex exstat versio Syriaca, seu potius duo Codd. unius ejusdemque versionis, quorum alter saeculo sexto, alter octavo exaratus videtur. Vetustiorum Codicum typis describendum curavit Curetonus, junioris Codicis lectiones variantes, quae paucissimae et nullius ponderis sunt, addens. Uterque Codex primam tantum Ep. partem, (usque ad finem § 6) continet. E §§ autem 7 et 8 Syrus duas tantum sententias mutuatus est, easque cum fine § 6 conjunxit. Caeterum Syrus in vertenda hac Epistola exemplar Graecum paene ad verbum secutus est. Versio Armeniaca cum textu nostro Graeco concordat. HEFELI-

US. Judice Curetono, §§ 1-6 Ignatii stylum, magis quam alia quaevis Epistolarum pars, referunt.

ib. ὁ καὶ Θεοφόρος,] Vulgo [ap. Interpol.] legebatur: Ἰγνάτιος, ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας, ὁ καὶ μάρτυς Ἰησοῦ Χριστοῦ, &c. Duo hic displicent; nam neque verisimile Ignatium semetipsum Martyrem appellasse, quod vocabulum tum temporis vix aliter accipiebatur quam peculiari illa significatione de illo, qui pro Christi confessione sanguinem suum effudisset, aut saltem multa fuisset perpeusus. Sed et ipse Ignatius alibi inquit, sese nescire an dignus sit Martyrii praerogativa: qui itaque hic Martyrem sese vocaret? Neque habemus exemplum, quod quispiam in primitiva illa ecclesia Episcopi titulum sibi attribuerit. Ita nec Polycarpus, quem tamen et Ignatius noster et omnes Episcopum vocant, nomen illud expressit, cum ad Philippenses scribit: Πολύκαρπος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ πρεσβύτεροι.

VOSSIUS. Fugerat, ut videtur, virum doctissimum locus ille in Ep. ad Rom. § 2.

3. ἐκκλησίας Σμυρναίων,] Vocem ἐκκλησίας librarii Syri non exprimunt. Armenius interpre-

ὑπὸ Θεοῦ Πατρὸς καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ,
πλεῖστα χαίρειν.

Laudat
Deum pro-
pter fir-
mam Poly-
carpi pieta-
tem; et ad
varias vir-
tutes ex-
hortatur:

Α'. ΑΠΟΔΕΧΟΜΕΝΟΣ σου τὴν ἐν Θεῷ
γνώμην, ἠδρασμένην ὡς ἐπὶ πέτραν ἀκίνητον, ὑπερ-
δοξάζω, καταξιωθείς τοῦ προσώπου σου τοῦ ἀμώμου, 5
οὐδ' ὀναίμην ἐν Θεῷ. Παρακαλῶ σε ἐν χάριτι, ἧ
ἐνδέδυσαι, προσθεῖναι τῷ δρόμῳ σου, καὶ πάντας
παρακαλεῖν, ἵνα σώζωνται. Ἐκδίκει σου τὸν τόπον

tatur ac si legisset ἐκκλησίας
Σμύρνης πόλεως.

ib. μᾶλλον ἐπεσκοπημένῳ] Pul-
chra epanorthosis et plane A-
postolica. Gal. iv 9. PEAR-
SON. Vairlenius, ut, quan-
tum licebat, hanc paronoma-
siam redderet, dedit in versione
sua, *inspectori, immo qui in-
spectus est a Deo*. Cavillatio-
nem nescio quam ineptam a
glossatoris manu profectam
suspicatur Netzius; et voces
μᾶλλον ἐπεσκοπημένῳ omisit
Armenius. Verborum lusus habet
Ignat. ad Trall. §§ 5, 10, ad
Smyrn. §§ 2, 3, 10, ad Polyc.
§ 3, a quibus minime abhorru-
erunt Scriptores Sacri, e. g. S.
Paulus ad Philem. 11, 20. Cf.
Hippolyt. c. Noëtum, § 8, *Νόη-
τος μὴ νοῶν τὴν ἀλήθειαν*. Clem.
Alex. Paed. iii 11, καὶ τὰ ἐν
κόσμῳ κοσμίως κατὰ Θεὸν ἀπάγειν.
p. 299 ed. Potter. Plura dabit
Glassius, Crit. Sac. p. 227. ἐπε-
σκοπημένῳ dedi cum Freyio. Vos-
sius et Russel. retinent Codd.
scripturam ἐπισκοπημένῳ. Smi-
thus exhibet μᾶλλον δὲ ἐπισκοπη-
μένῳ. Cf. I Pet. ii 25, τὸν ποιμένα
καὶ ἐπίσκοπον τῶν ψυχῶν ὑμῶν. v. 4,
φανερωθέντος τοῦ ἀρχιποίμενος.

3. ΑΠΟΔΕΧΟΜΕΝΟΣ] Gloss.
Ἐποδέχομαι, *probo, acceptum ha-
beo, comprobo. Comprobat,
ἀποδέχεται*. PEARSON. De
participio sic posito vide supra
p. 272 l. 8.

ib. τὴν ἐν Θεῷ γνώμην,] Ut in
Epist. ad Rom. [§ 7] τὴν εἰς
Θεὸν μου γνώμην. PEARSON.

4. ὑπερδοξάζω,] Ita Interpo-
lator quoque. Syrus et Ar-
menius legebant τὸν Θεόν.

5. τοῦ προσώπου σου] Nun-
quam igitur ante viderat Poly-
carpum. PEARSON. τοῦ ἀμώ-
μου non exprimit versio Cure-
toniana.

6. οὐδ' ὀναίμην] Syrus, *which I
long for in God*. Armenius,
quam per Deum desiderabam.
Vide supra Ep. ad Eph. § 2, ad
Magn. § 2.

ib. ἐν χάριτι, ἧ] Smithus, con-
tra auctoritatem MSS. ἐν χάριτι
Θεοῦ. Scriptores sacri χάριν
absolute ponunt, e. g. Col. iv
18, Hebr. xiii 25. Cf. notata
ad Smyrn. § 11.

ib. ἧ ἐνδέδυσαι,] Ita Gracci,
qui hanc loquendi formam a
Latinis accepisse videntur. Imita-
tatur autem S. Paulum, qui
voce ἐνδύω et ἐνδύομαι hoc sensu

visitato a Deo Patre et Jesu Christo, plurimum gaudere.

I. ACCEPTANS tuam in Deo sententiam, firmatam ut supra petram immobilem, superglorifico, dignificatus tua facie immaculata, qua fruar in Deo. Deprecor te in Dei gratia, qua indutus es, apponere cursui tuo, et omnes deprecari ut salventur. Justifica locum tuum in omni cura, car-

saepe utitur. Ephes. vi 14, Coloss. iii 12. Vide etiam Luc. xxiv 49. PEARSON.

7. τῷ δρόμῳ σου,] Cf. πληροῦν τὸν δρόμον Act. xiii 25, τελειοῦν τὸν δρόμον Act. xx 24, II Tim. iv 7. PEARSON. Haec et alia, quae in hac Epistola occurrunt, imitatur impostor, qui S. Ignatii nomen mentitus est, in Ep. ad Heronem. [§ 1, Παρακαλῶ σε ἐν Θεῷ προσθεῖναι τῷ δρόμῳ σου, καὶ ἐκδικεῖν σοῦ τὸ ἀξίωμα κ. τ. λ.] SMITH. Ruchat. interpretatur, *Je vous exhorte de fournir votre carrière avec une nouvelle ardeur.* Nescio quae frustula mirum in modum compegit Fragm. Syr. ap. Cureton. p. 236, *I persuade [thee] to add to thy course: be constant in fastings and in supplications to God, but not immoderately, so that thou mayest not prostrate thyself.*

8. σώζονται.] Bunsenius conferri jubet τοὺς σωζομένους Act. ii 47, et σεσωσμένοι Ephes. ii 5, 8.

ib. Ἐκδικεῖ σου τὸν τόπον] Gloss. Ἐκδικῶ, vindico, defendo, ulciscor. Τόπος autem locus, quem habuit in Ecclesia, sc. Episcopatus. [Cf. ad Smyrn. § 6.] Hortatur igitur Polycar-

pum, ut locum et dignitatem officii sui tuateur et defendat; eaque, quae ad sedem pertinebant, vindicet. Ita Origen. in Matt. 279, [ed. Huet.] οἱ τὸν τόπον τῆς ἐπισκοπῆς ἐκδικοῦντες. Novatianus, ut scribit Cornelius, Episcopus tres μετὰ βίας ἠνάγκασεν εἰκονικῇ τιμῇ καὶ ματαίᾳ χειρεπιθεσίᾳ ἐπισκοπὴν αὐτῷ δοῦναι ἣν ἐνέδρα καὶ πανουργία, μὴ ἐπιβάλλουσαν αὐτῷ, ἐκδικεῖ. ap. Euseb., H. E. vi 43. Immo idem Novatianus seipsum ἐκδικητὴν εὐαγγελίου vocabat. Ita apud Latinos veteres locus nominatur. Cyprianus, Epist. xv initio, ‘Sollicitudo loci nostri.’ [p. 33 E ed. Fell.] Ep. xl de Numidico Presbytero: ‘Provebitur quidem, quum Deus permiserit, ad ampliorem locum religionis suae.’ h. e. ad Episcopatum. [p. 79 E.] Alexander Episcopus Hierosol. ante Cyprianum in ep. ad Antinoitas ap. Euseb. vi 11, Ἀσπάζεται ὑμᾶς Νάρκισσος, ὁ πρὸ ἐμοῦ διέπων τὸν τόπον τῆς ἐπισκοπῆς τὸν ἐνθάδε. Opus imperf. Hom. xliii, p. 695 A, ‘Cathedra non facit Sacerdotem, sed Sacerdos Cathedram. Non locus sanctificat hominem; sed homo locum.’ Haec in Didascalia primae,

ἐν πάσῃ ἐπιμελείᾳ, σαρκικῇ τε καὶ πνευματικῇ. Τῆς ἐνώσεως φρόντιζε, ἧς οὐδὲν ἄμεινον· πάντας βάσταζε, ὡς καὶ σὲ ὁ Κύριος· πάντων ἀνέχου ἐν ἀγάπῃ, ὥσπερ καὶ ποιεῖς· προσευχαῖς σχολάζε ἀδελείπτοις· αἰτοῦ σύνεσιν πλείονα ἧς ἔχεις· γρηγόρει, 5 ἀκοίμητον πνεῦμα κεκτημένος· τοῖς κατ' ἄνδρα κατὰ βοήθειαν Θεοῦ λάλει· πάντων τὰς νόσους βάσταζε, ὡς τέλειος ἀθλητῆς· ὅπου πλείων κόπος, πολὺ κέρδος.

post in Constit. ii 2, ὅπότ' αὐτὴν χειροτονίαν λαμβάνων καθίσταται ἐν τῷ τόπῳ τῆς ἐπίσκοπῆς. Epiphanius, Οὕτω κατ' ἐκείνο καιροῦ ἦσαν οἱ τόποι. p. 386, 42. [ed. Basil. i p. 908 D. ed. Petav.] Plinius, Paneg. [§ 44] 'Nemo est ergo tam tui, tam ignarus sui, ut locum istum post te concupiscat.' PEARSON. Syrus non agnoscit σου. Ruchatus interpretatur, *Remplissez votre emploi*; et conferri iubet Const. Apost. ii 28, εἰς χάριν τῶν τοῦ Κυρίου Ἀποστόλων, ὧν καὶ τὸν τόπον φυλάσσοουσιν. Addas Tertullian. de Bapt. § 17, 'Sciant in Asia presbyterum, qui eam scripturam construxit loco discessisse.' Hieronymus, de Vir. Illustr. § 6, Tertullianum citat. Cf. Clem. Rom. i § 40.

1. ἐν πάσῃ ἐπιμελείᾳ,] In omnium cultu virtutum, tam quae ad animum, quam quae ad corpus quoque spectant. I Cor. vii 34, ἵνα ἡ ἀγία καὶ σῶματι καὶ πνεύματι. Non mirum autem, Polycarpo dari consilia per Ignatium, qui erat longe illo natu grandior, et in Episcopatu antiquior. COTEL. Has voces σαρκικῇ τε καὶ πνευματικῇ non agnoscit Interpolator. Cf. infra

significate.] Hujus ita in Bibliotheca sua, [Cod. cxxvi] de Polycarpi hac ad Philipp. Epist. agens, meminit Photius: λέγει καὶ τὰς ἐπιστολάς αὐτοῖς Ἰγνατίου τοῦ Θεοφύρου ἀπεσταλκένας, καὶ αἰτεῖται ἀναδιδοῦσθαι παρ' αὐτῶν, εἴ τι περὶ ἐκείνου διακούσαιεν. In Halloixii tamen editione verba ista sunt ommissa, quae docent eodem tempore, quo a Syria ad martyrium Romam abductus est Ignatius, scriptam a Polycarpo istam fuisse Epistolam, 'in qua,' inquit idem Halloixius, 'quum color et lineamenta, quibus eam Irenaeus, Eusebius, et Photius describunt, reperiantur, quin ipsius Martyris germana sit, dubitari non potest. Nam et forma fidei ejus, atque praedicatio veritatis (quam Irenaeus inde posse addisci admonet) clare in ea elucet; et testimonia, quae illic citari e priore Petri Epistola Eusebius docet, multa comparent: et frequentes comminationes cum perspicuitate sermonis atque simplicitate, juxta Ecclesiasticam interpretandi formam, (quibus eam abundare Photius profitetur) passim sese offerunt et ostentant: ita ut ad perfectam ejus recognitionem vix desiderari amplius quicquam possit.' US-SER. De morte Ignatii Poly-

carpus jam certior factus erat § 9, sed circumstantias, dicta, &c, ut videtur, ignorabat. Postulat ergo a Philippensibus ut sibi significant, quidquid Ignatii mortem spectans iis esset cognitum. Graeca καὶ περὶ αὐτοῦ Ἰγνατίου καὶ τῶν μετ' αὐτοῦ Interpretes debebat reddere *quicum eo erant.*

1. quem in praesentem diem commendavi] Hanc editionis principis et Fabri Stapulensis lectionem praetulimus, praeunte cl. Routhio, qui suspicatur Polycarpum scripsisse ἂν μέχρι τοῦ παρόντος ἡμῖν συνέστηκα, καὶ νῦν συνίστημι. Vulgatam in praesenti exhibent Codd. Laur. et Magd. Vertunt Clementson. et Chevall. cum Wakio, in the present Epistle. Cavius, hitherto. Herzogius, welchen ich für jetzt empfohlen habe. Ruchatus, que je vous ai déjà ci-devant recommandé.

4. credo quia &c.] Cf. I Pet. v 12, τοῦ πιστοῦ ἀδελφοῦ, ὡς λογίζομαι. Rom. viii 18, λογίζομαι γὰρ ὅτι οὐκ ἄξια κ. τ. λ.

7. Gratia cum omnibus vobis.] Ita concluditur Epistola apud Halloixium; atque eadem est conclusio Epistolis ad Titum et ad Hebraeos. Vulgatam, quam retinet Hefelius, Incolumes estote in Domino Jesu Christo, in gratia cum omnibus

vestris, pressius quam clarius
ita interpretatur Herzogius:
*Gehabet euch wohl in unserm
Herrn Jesu Christo, in der
Gnade mit Allen den Eurigen.*
Versiones vernaculae habent,
and *His grace be with you all,*
lectionem Codicis Petaviani, et
gratia ipsius cum omnibus vo-

bis, ab Usserio indicatam, se-
cutae. Cod. Magdal. praestat,
omnibus nostris. Ruchatus, *La
grace de (notre) Seigneur Jésus-
Christ soit avec vous, et avec
tous ceux qui vous appartiennent.*
Grassius, *Que le Seigneur
vous conserve dans sa grace
avec tous les vôtres.*

FRAGMENTA

QUINQUE

E RESPONSIONUM CAPITULIS,

S. POLYCARPO

5

ADSCRIPTIS :

VICTORIS EPISCOPI CAPUANI CATENAE IN IV
EVANGELISTAS INSERTA.

Haec Fragmenta, 'non aspernanda' iudice Bullo, Def. Fid. Nic. II iii 7, Feuardentius ad calcem annotationum suarum in Irenaei 10 lib. iii cap. 3 apposuit, existimans ea ex variis Polycarpi Epistolis deprompta esse. Eadem Halloixius in Vit. Patt. Orient. i 532, Usserius post Martyrium Polycarpi, Freyius, ed. Ignat. &c p. 162, exhibuerunt. Jure scribit Cavius, 'an genuina sint, non sine ratione dubitare licet.' Hist. Lit. i 47. Teutzelius ea excerpta 15 esse e *Διδασκαλία* Polycarpiana suspicatur. Exercit. p. 164.

I.

MATTHAEUS Dominum dixisse testatur, quod Matt. xix 5.
Moyses scribit Adam locutum fuisse hoc modo :

Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro ex carne Gen. ii 24.
20 *mea: propter hoc relinquet homo patrem et matrem, &c.* Sed concordant Domini verba cum Moysi

6. VICTORIS] De tempore Victoris oscitat Cavius. "Cla-
ruit circa A. D. 545," Hist. Lit. i p. 523 ed. 1740. "Latine vertit Fragmenta Polycarpi circa A. D. 480," ibid. p. 47. A. D. 480 dat Feuardentius. 'Scriptor erat non adeo accuratus,' inquit Lemoynius,

'utpote qui Praefationem ediderit in Harmoniam Evangelicam quam credidit esse Tatiani, quum esset Ammonii.' Var. Sacr. Proleg.* 14.

15. e *Διδασκαλία*] De Patrum *Διδασκαλίαις* et *Διδάχαις* adeas sis Pfaffium, Irenaei Fragm. i notis illustrantem. pp. 11-19.

sermonibus ; qui Adam praebens officium inspiratione divina prophetavit, ipse a Moyse hoc dixisse refertur. Deus vero, qui per inspirationem divinam in corde Adam ista verba formavit, ipse Pater a Domino recte locutus fuisse refertur. Nam et 5 Adam hanc prophetiam protulit : et Pater qui eum inspiravit, recte dicitur protulisse.

II.

IDEM, ad haec verba Christi, *Calicem meum bibetis*, &c.

S. Matt. xx 23.

10

Per hujusmodi potum, significat passionem. Et Act. xii 2. Jacobum quidem novissimum martyrio consummandum : fratrem vero ejus Johannem transiturum absque martyrio ; quamvis et afflictiones plurimas, et exsilia tolerarit : sed praeparatam martyrio 15 mentem Christus martyrem judicavit. Nam Apostolus Paulus, *Quotidie*, inquit, *mori* ; dum impossibile sit quotidie mori hominem ea morte, qua semel vita haec finitur. Sed quoniam pro Evangelio ad mortem jugiter erat praeparatus, se mori 20 quotidie sub ea significatione testatus est. Legitur

1 Cor. xv
31.

12. novissimum] Tillemontio, ii 635 n. 4, haec prorsus indigna Polycarpo videntur, quia scilicet Jacobus, Johannis frater, *primus* inter Apostolos pro Christo sanguinem fudisse perhibetur. Respondet Gallandius, interpretem legisse *ἔσχατον*, quam vocem obvio sensu accepit, quum vertere debuerit *primam*. Hesychius : *Ἐσχατον* *πρώτον*. Cf. Pindar. Nem. x 59, ab Abreschio indicatum.

21. Legitur &c.] Quin postremum hoc membrum aliena manu assutum sit, nequaquam dubito. Neque enim Polycar-

pus, qui omnia B. Johannis acta, tanquam ejus discipulus, vel videbat ipse, vel ex eo audiebat, vel ex comitibus adiscebat, scripsisset *Legitur*, quasi scilicet id non aliunde, quam ex libris sciret. HALLOIX. i p. 597. Gallandius putat hunc locum orae Cod. Graeci, quo usus est Victor, additum fuisse e Tertulliano, de Praeser. § 36, vel ex Hieronymo, adv. Jovin. i 26. De Apostoli in oleum fervens demersione nihil sciebant Eusebius, Demonstr. Evang. iii 3, p. 116 c, et Origenes in S. Matt. tom. xvi § 6.

et in dolio ferventis olei, pro nomine Christi, beatus Johannes fuisse demersus.

III.

IDEM, de initio Evangelii secundum S. Marcum.

5 Rationabiliter Evangelistae principiis diversis
utuntur, quamvis una eademque evangelizandi eo-
rum probetur intentio. Matthaeus, ut Hebraeis
scribens, genealogiae Christi ordinem texuit, ut
ostenderet, ab ea Christum descendisse progenie,
10 de qua eum nasciturum universi Prophetæ ceci-
nerant. Johannes autem ad Ephesum constitutus,
qui Legem tanquam ex Gentibus ignorabant, a
causa nostrae redemptionis Evangelii sumsit exor-
dium: quae causa ex eo apparet, quod Filium
15 suum Deus pro nostra salute voluit incarnari.
Lucas vero a Zachariae sacerdotio incipit, ut ejus
filii miraculo nativitatis, et tanti praedicatoris
officio, Divinitatem Christi Gentibus declararet.
Unde et Marcus antiqua prophetici mysterii com-
20 petentia adventui Christi declarat: ut non nova,
sed antiquitus prolata ejus praedicatio probaretur.
Aut per hoc Evangelistis curae fuit, eo uti prooemio,
quod unusquisque judicabat auditoribus expetere.
Nihil ergo contrarium reperitur, ubi licet diversis
25 scriptis, ad eandem tamen patriam pervenitur.

IV.

IDEM, in illud, *Noli vocare amicos tuos, sed pauperes et debiles, &c.* S. Luc. xiv 12.

Praecipit, non amicos, sed infirmos quosque vo-
30 candos ad prandium. Quod si claudus aut quilibet
eorum sit amicus, sine dubio talis pro amicitia
minime est rogandus: unde ipsa quasi videntur

11. constitutus,] Forsitan *constitutis*. ROUTH. Rel. Sacr. i 411.

se impugnare mandata. Nam si non amici, sed claudi et caeci sunt invitandi, ipsosque quoque amicos esse contingat, nequaquam rogare debemus. Sed amicos, arbitror, intelligi hoc loco debemus illos, quos pro mundi hujus terrena consideratione 5 diligimus, non pro Divinae contemplationis intuitu. Hi sunt igitur amici relinquendi. Denique, ideo debilium exempla proposuit, quos pro nullius possumus appetere necessitate negotii, nisi tantum pro fructu retributionis aeternae. 10

V.

IDEM, in illud, *Opus consummavi, quod dedisti mihi ut faciam.* S. Johan. xvii 4.

Quomodo opus salutis humanae adimplesse commemorat, quum necdum crucis vexillum conscen- 15 derat? Sed definitione voluntatis, de qua cuncta venerandae passionis insignia adire decreverat, jure se opus perfecisse significat.

12. Hoc Fragmentum Grotius integrum exscribit Annot. in loc.

15. *conscenderat*] Ἀκυρολογία quaedam hic notari poterit. Nam *gestari* quidem vexillum crucis non semel audivimus; sed *conscensum* a Christo fuisse vexillum illud, nullibi adhuc invenimus. USSER. Ambrosius in Ps. cxviii Serm. 8, 'ascendens illud patibulum Dominus ... Christus qualis crucem ascenderit.' In Breviario

Sarisburiensi, Antiph. Die S. Andreae, 'Antequam te ascenderet Dominus noster, O beata 'CruX.' In Officio Anastasimi, Antholog. Nov. σζ, Ἀνελήλυθας, τὰ πάθη μου θεραπεύσων, ἐπὶ σταυροῦ τῷ πάθει. ib. Ἀνήλθες ἐν σταυρῷ δυναστείαν ζωσάμενος. σλέ, Ἀνήλθες ἐπὶ σταυροῦ Ἰησοῦ ὁ καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ. Amalarius Fortunatus inscripsit cap. 25 lib. iii de Ecclesiasticis Officiis, 'De ascensione Christi in Crucem.'

MARTYRIUM
S. I G N A T I I.

PRAEFATIO
THOMAE SMITHI
IN
ACTA MARTYRII
S. I G N A T I I.

ACTA haec, quae recudi oportet, mihi quidem genuina et sincera plane videntur; licet fortasse, quod tamen vix affirmaverim, versus finem quippiam labis admistum habeant. Vetus autem Versio, quam edidit D. Usserius Armachanus ex Codice Caiensi, ut cuius ex leviusecula collatione facile constare poterit, maxime convenit cum Graeco exemplari Colbertino. Utriusque mendis, quae passim irrepsere, sublatis, editionem, quam sibi invicem mutuam lucem foerentur, longe integriorem jam damus. A familiaribus S. Ignatii, qui illum ab Antiochia Romam usque comitati sunt, et illius ultimo et maxime glorioso agoni interfuere, descripta fuisse, multa in ipsis Actis id testatissimum reddunt^a, et extra omne dubium ponunt; et quidem non longe post ipsius consummationem, et proximo, ut verisimillimum videtur, anno, dum res gestae cum totius itineris ratione in recenti fidelius inhaeserint memoria.

Illos autem fuisse Philonem et Agathopodem, quorum meminit sanctissimus Martyr in Epistolis ad Smyrnaeos et ad Philadelphenses, hunc Antiochenae, illum vero Tarsensis Ecclesiae Diaconum, vix a quoquam dubitari aut potest, aut debet. Quaedam autem a tertio Ignatianarum Epistolarum Collectore interserta et male addita fuisse affirmat D. Usserius, (consentiente postea D. Pearsono, qui illius

^a Sect. 5, ἡμεῖς μὲν ἄκουτες καίου γίνεσθαι. et 6, συναντῶμεν ἀπηγόμεθα, στένοντες ἐπὶ τῷ ἀφ' τοῖς ἀδελφοῖς. et 7, Τούτων αὐ-
τῶν μέλλοντι χωρισμῷ τοῦ δι-τόπται γενόμενοι.

auctoritate nimium quantum abreptus, oculis suis licet perspicacissimis, illud non vidit, quod absque Graeci textus lumine vix esset videndum) ad id quidem leviuseculis suspitionibus inductus; tum quod in altera versione Codicis Cottoniani, in qua multae absurdae et fabulosae narrationes contra fidem historiarum ex novitiis Actis interpolatis desumptae, et quae merito illum edidisse puduerit, continentur, abessent; tum quod in istis periochis velit Interpolatorem ad Epistolarum Ignatianarum Syllogen, tunc recens factam, respexisse. Sed manifestum est, tum alterum istum Interpretem, utpote nullius iudicii, et fidei suae prodigum, maxime de historia S. Ignatii sollicitum, Epistolam ejusdem ad Romanos, quae necessario erat interponenda, inconsiderate admodum neglexisse, quasi ad ipsius propositum neutiquam attinisset, (ut solent quandoque Interpretes, vel potius, quod dicendum videtur, Exscriptores, praefationes, aliaeque in textu recte collocata, pro libidine sua omittere); tum suspicionem istam *de Literis praecedentibus*, quasi in isthaec collectione simul positis (quum longe aliud per ista verba [§ iv] διὰ τῶν ἡγουμένων, h. e. *per Praefectos* sive *Episcopos*, intelligi debere, ex integro ante positae sectionis argumento clarissime liquet) ex mala interpunctione, et legendo *Literas appositas* pro *Literis appositis* (quem errorem facile inter festinandum admisit imperitus oscitansque librarius) utpote non alii fundamento innixam, ortum habuisse; quae ex Graeco textu ταῖς ἐκκλησίαις ταῖς ὑπαντησάσαις αὐτῷ διὰ τῶν ἡγουμένων, γραμμάτων εὐχαριστῶν ἐκπεμφθέντων πρὸς αὐτὰς, et restituta jam Latina Versione omnino diluitur. Nec tamen abnuerim, si quispiam dixerit, Interpretem nostrum, neglecta solita in vertendis ad literam Graecis diligentia, periocham hanc, juxta facilem debitamque verborum constructionem neutiquam ab ipso intellectam, mala et imperita versione corrupisse.

Mirae et putidae prorsus sunt exceptiones, quas adversus itineris rationem, hisce Actis recensitam, objiciunt osiores Episcopalis hierarchiae, iniqui admodum, et hac ex parte parum ingenui adversarii. Iter vero istud hoc modo institutum erat, quod compendio describam. Primo An-

tiochia Seleuciam descendit S. Ignatius: illic nave conscensa Smyrnam navigavit: relicta Smyrna Troadem appulit: a Troade Neapolim navi abducebatur: hinc iter terrestre iniens, Philippos, urbem satis celebrem, pervenit, reliquamque Macedoniae partem, qua itur ad Epidamnium, pedes peragravit: hic reperta nave per Adriam in mare Tyrrhenum delatus, multasque insulas illic sitas, et civitates juxta littora, et praecipue Puteolos (quos maxime invisisse cupiebat, ut S. Pauli, illuc non longe post naufragium ex insula Melitensi transeuntis, sacra vestigia relegeret, si per saevas, quae hieme solent ingruere, tempestates licuisset) praetervectus, tandem ad Portum prope Ostiam appulit, et inde mox a militibus abreptus, alacer et cum gaudio, post tot labores terra marique exantlatos, Romam ducitur, laurea martyrii coronandus.

Frustra hic contra fidem Actorum objiciunt hi Censores tot tantasque hujus itineris circuitiones, quod nimirum longe rectiori breviorique cursu e Syria in Italiam esset navigandum: quasi fuisset in potestate S. Ignatii illud, prout lubebat, melius et commodius ordinasse; aut militibus, quorum curae erat traditus, sive imperata facere, sive pro arbitrio agere per hosce delicatos homines haud licuisset. Qualis autem est ista ingenii perversitas, ex malesano partium studio orta, si quispiam rei gestae historiam et veritatem frivolis quibusdam argutiis convulsam ire velit, hoc solo nomine, quum eam aliter fieri aut potuisse aut debuisse in animum inducat suum? praesertim quum circumstantiae rerum, quae universam, ex tot seculorum intervallo obductam, tollerent obscuritatem, sint incompertae, non certum, quo agebantur custodes isti, consilium vel conjectura assequi liceat. Isthoc saeculo non qualibet anni tempestate adeo facile aut crebro erat navigatum. Occasiones, prout sese obtulerint, captandae. Recta ad oras maritimas Syriae Seleuciam usque Antiochia abducitur S. Ignatius. Illic, ut par est credere, navis in anchoris stabat, Smyrnam versus, urbem nempe commercii celeberrimam, post aliquantillum temporis solutura. Hanc conscendere coactus est S. Ignatius a militibus, qui, ut nostris Censoribus placet, navi conducta, procul relictis

Asiae Minoris littoribus, iter destinatum maturare debuissent. Inter Smyrnam et Troadem naviculae ultro citroque transibant: a Troade autem ad oras Macedoniae mari finitimas facilis frequensque erat trajectus: quod ex Actis Apostolorum et aliunde ex historiis istorum temporum satis constat. Quum vero naves Italiam directo itinere petituras reperire haud facile esset, quidni dixerim, illos hae mentis intentione et proposito Neapolim tetendisse, ut inde Macedoniam commodo suo peragrarent? Quod de reliquo itinere dici poterat, illos quasi aut necessitate compulsos, aut majoris commodi gratia ejusmodi viarum ambagibus usos fuisse. Nolo autem conjecturam hanc amplius venditare, adversus quam an quippiam solidi objici possit, dubito. Scio a quibusdam aliam longeque diversam laboriosae hujus circumgyrationis causam, aliudque consilium assignari solere; nec eam facile rejiciendam putaverim: quasi hujusmodi ingrattissimis moris, tamque longi et anfractuosi itineris malis incommodisque S. Ignatium fatigare, ejusque constantiam frangere, ex instinctu Diaboli, animo habuissent Christiani nominis infensissimi hostes, a quibus ferali sententia ad bestias damnatus fuisset: τῶ μόχθῳ τῆς ὁδοπορίας sive τῶ μήκει τῆς ὁδοῦ καὶ τῶ πλήθει, ut observavit S. Chrysostomus in Oratione de laudibus S. Ignatii Antiochiae habita; qui ad haec Acta, in quibus totam itineris rationem comprehensam legerat, alludere hic plane mihi videtur. Quicquid fuerit, sive hoc, sive illud, ex alterutra hypothesis admissa, ineptis Magdeburgensium Centuriatorum, Blondellii, aliorumque cavillationibus abunde satisfieri posse, cordatus ingenuusque Lector, uti credo, pro candore et sagacitate sua censebit.

Unum eundemque fuisse Versionis horum Actorum ac Epistolarum Auctorem, praeterquam quod in eodem manuscripto Codice Caiensi simul exstent junganturque, multa sunt, quae id facile dent evictum. Stylus aequae barbarus, et a puritate Latini sermonis abhorrens: et praecipue verborum phrasiumque rigidissima ad literam versio; quasi Interpres opinaretur, de illius fide dubitari posse, nisi hisce apicibus, qui illam plane obscurant, sensumque reddunt intricatiorem, ad superstitionem usque,

et quasi affectata nimiae diligentiae laude, mordicus adhaesisset.

Haec de Actis genuinis, quae sequioribus saeculis foede erant corrupta, et ab impuris Interpolatorum manibus inquinata: qui dum aut credulae plebis, ad amplexandum avidissimis auribus, quicquid illis figmentorum lenocinio placeret, pronae, segni stupidaeque indoli et ingenio indulgere, aut gloriam Sanctorum et Martyrum inventis fabellis, licet infictis, prodigiosisque narrationibus, humanam sortem exsuperantibus, augere studuerint, veritatem misere corruerunt, mendaciisque suis serae posteritati iverere illum; idque quidem citra omne remedium, nisi puriora vetusti aevi monumenta, e tenebris quorundam eruditorum diligentia in lucem educta, illorum fraudes, imposturas, perfidiamque detexissent.

Acta haec interpolata, quae *posteriora* appellabimus, sexto aut saltem septimo saeculo primum ficta fuisse, veri perquam simile D. Pearsono, aliisque Viris doctissimis, videtur: et deinde progressu temporis, novis, iisque miris, commentis aucta constat. Prae modestia enim hac ex parte laudandus videbitur Simeon Metaphrastes, hisce malis artibus fraudulentisque incrustationibus ex luxuriantis ingenii vitio satis famosus, si cum aliis Actorum architectis et consarcinatoribus conferatur. Horum Actorum exemplar exstat in Bibliothecae Bodleianae Archivis Baroecianis Cod. excii ex quo multa excerpta habentur apud D. Usserium in Annotationibus suis ad hujus sanctissimi Praesulis Martyrium. Ex hoc impuro fonte profluxerunt, ut ibi quoque vir ille maximus observavit, mirae istae narrationes, quae non solum apud Vincentium Bellovacensem, aliosque recentiores, sed quae apud Bedam et Adonem in Martyrologiis suis occurrunt.

Exstant Latine ejusmodi Acta Martyrii S. Ignatii in Archivis Laudinis ejusdem Bibliothecae. L 23, [Laud. Lat. 31] quae dum olim percurri, omnia juxta novum hoc exemplar Graecum mire interpolata, multis quoque de variis sermonibus inter Trajanum, quem fingunt Romae tunc fuisse, et S. Ignatium habitis, de sententia mortis ab isto Imperatore et Senatu Romano in S. Martyrem prolata,

deque cruciatibus huic irrogatis, ubique insertis, (quod pariter quoque legitur in Menaeo Graecorum, ad natalem S. Ignatii xx die Decembris celebratum,) ne alia vana, puerilia, falsa, et S. Ignatio indigna memorem, vel perfunctorie legendo reperi. Item prostant in iisdem Archivis L 21. [Laud. 114.] Acta alia Latina, ejusdem fere in omnibus tenoris. Reperi quoque in eadem Bibliotheca alium Codicem manuscriptum, NE. E, 7, 5, [Bodl. 336] continentem quaedam ex Actis Interpolatis, ex quibus pauca haec exscripsi, fol. 57, 6, *Legitur autem, quod beatus Ignatius inter tormentorum genera nunquam ab invocatione nominis Jesu Christi cessabat: quem quum tortores requirerent cur hoc nomen toties replicaret, ait: Hoc nomen cordi meo inscriptum habeo, et ideo ab ejus invocatione cessare non valeo. Post mortem igitur ejus, illi qui audierant, volentes curiosius experiri, cor ejus ab ejus corpore avellunt, et illud seindentes per medium, totum cor inscriptum hoc nomine IHC. XPC. literis aureis inveniunt. Unde ex hoc plurimi crediderunt.* Sed in hisce putidis frivolisque fabulis enarrandis immorari plane piget.

Quod vero ad alteram Latinam Versionem a D. Usserio ex Bibliotheca Cottoniana editam spectat, si excipiamus pudenda ista insomnia et deliria ex Actis Graecis, posterioribus versus finem addita, quae in lucem vulgari, ut supra dixi, merito magnum illum virum puduerit, interpretem istum verum Actorum Graecorum exemplar, quoad ea omnia nimirum quae in editione Usseriana in adversa columna apponuntur, coram oculis habuisse ex utriusque collatione satis liquet; licet ille verborum Graecorum sensum in multis nequiquam assecutus fuerit. Verum dico exemplar, licet non integrum, quum sectio una et altera in Versione ista desideretur: nisi potius dicendum sit, aut ipsum Interpretem aut Exscriptorem, ea, quae seriei historiae non adeo bene convenire pro captu suo judicaverit, ex industria omisisse.

DISSERTATIO
JOHANNIS PEARSONI,
DE ANNO QUO
S. IGNATIUS A TRAJANO ANTIOCHIAE
AD BESTIAS ERAT CONDEMNATUS.

Hanc Dissertationem e schedis Pearsonianis hausit Smithus, e cujus libro Russelius recudendam curavit. Exstat in Bibl. Bodleian. MS. Smith. 44.

EX Johanne Malela docet Usserius Ignatium condemnatum esse ineunte anno 107; sed aut Malela ipse falsus^a, aut non recte explicatur. Nam Trajanus non vidit Antiochiam post adeptum imperium ante finem anni 112, sexennio fere post illud tempus quo eum volunt Ignatium condemnasse. Quod est primo a nobis demonstrandum.

I. Dubitari non potest quin Hadrianus Trajanum in expeditione Orientali comitatus sit. Hadrianus autem A. D. 112 factus est Archon Athenis, et Trajanus eo ipso tempore fuit Athenis, ubi aliquamdiu moratus est. Trajanus A. D. 111 consul designatus est VI ob hanc expeditionem, quam tum molitus est. A. D. 112 consulatum iniiit Romae; absens enim suscipere consulatum noluit. Suscepto consulatu veris initio expeditionem iniiit, ac primo in Achaïam trajecit, ubi dum moratur, ad eum veniunt legati ex Oriente, etiam ab Indis. Ex Achaïa in Asiam aut Aegyptum transiit. In Aegypto duo fecit: quaesivit de eventu belli; et dedicavit spolia Casio Jovi, in quae Epigramma exstat Hadriani: et inde cum exercitu per Seleuciam profectus est Antiochiam.

^a Cum Malela faciunt Chronica sine nomine scripta, in Museo Britannico conservata. Cod. Add. 14, 643. Vid. ap. Cureton. p. 107, *The Antient Syriac Version &c.* Lond. 1845.

II. Idem inde demonstratur, quod ante illum annum semper in Occidente versatus est. Secundo Tribunitiae potestatis anno Consulatum suscipere noluit, quia Kalend. Jan. in Germania fuit. Tertio Trib. Pot. anno suscepit Consulatum Romae, ibique mansit. Trib. Pot. quarto iniit Romae Consulatum quartum, ut bellum primum Dacicum susciperet, quod eodem anno confecit. Trib. Pot. quinto Consulatum non suscepit, quia nondum Romam a primo bello Dacico redierat. Trib. Pot. sexto iniit Consulatum quintum, ut bellum secundum Dacicum susciperet: quod bellum peregit, occiso Decebalo, *σὺν χρόνῳ καὶ μόλις*. Trib. Pot. decimo, A. D. 106, ex SC. trophaea; apud Spanhemium in Juliani Caesares, p. 233. Per totum annum 106 permansit in Dacia, civitates condidit, et provinciam tributariam fecit^b. Dum in Dacia moratus est, Arabia a Palma recepta; unde Imperator VI dictus est.

III. Ex numero victoriarum, unde Imperator dictus, idem clarissime ostenditur. Post fugam Decebali, primo bello Dacico confecto, dictus est Imperator IV, triumphavit de victo Decebalo A. D. 102, ex Dacia reversus, ex SC. hunc titulum habuit sub finem ejus anni, ut patet ex inscriptione apud Oeconem, p. 200. Neque Imperator V dictus est ante annum 106, nam Tribunitiae potestatis nono adhuc Imperator IV ut patet ex inscriptione apud Gruter. 247, 1, exeunte scil. anno 105, vel ineunte 106. Sed eodem Trib. Pot. nono, A. D. 106 dictus est Imperator V, ut constat ex Oecone^c, Grutero, et Reinesio, victo rursus Decebalo. Anno 107 invenit thesauros Decebali, et Decebalus seipsum interfecit. Trajanus autem civitates condidit in Dacia, eamque provinciam tributariam fecit, quo tempore Palma recepit Arabiam. Anno 108 Trajanus e Dacia Romam reversus triumphavit secundo de Dacis, et tunc dictus est Imperator VI hoc anno exeunte, Gruter. 190, 4. Post hunc annum titulo Imperatoris VI diu contentus est, ut inscriptiones ap. Gruter. indicant. "Trib.

^b tributariam fecit.] Has voces alia manu exaratas exhibet MS.

^c Trib. Pot. 7, Imp. IV,

Occo. p. 202. [Imp. Rom. Numism. Aug. Vind. 1601.]

Trib. Pot. 8, Imp. IV, p. 203.

Trib. Pot. 9, Imp. V, p. 204.

“Pot. 13. Imper. VI. . . . Trib. Pot. 14. Imper. VI. . . .
 “Trib. Pot. 16. Imper. VI. . . . Trib. Pot. 17. Imper. VI.”
 Hucusque igitur, sub finem A. D. 113, nullam victoriam
 obtinuerat in Oriente. An. 114 exeunte, vel ineunte 115,
 Trib. Pot. 18, Imp. VII a prima in Oriente victoria. Anno
 115, Trib. Pot. 18, Imp. VIII et IX, et adhuc Dacicus.
 Quadratus, Cos. A. 105, fuit Praeses Syriae antequam Tra-
 janus Parthicus appellatus est. Inscript. Smith. p. 7.^d An.
 116, Trib. Pot. 19, Imp. XI; sed quaere. Ex his omnibus
 Inscriptionibus patet, Trajanum non ante annum 114 in
 Oriente Imperatorem appellatum esse. Quod si intrasset
 Antiochiam ineunte A. D. 107, et tunc contra Parthos ex-
 peditionem fecisset, per septennium integrum nulla victoria
 contra Parthos potitus esset: quod est maxime sane in-
 credible.

IV. Facile probari potest, Trajanum ex Occidente ante
 annum 112 pedem non tulisse. Nam sepeliverat Suram
 antequam reliquit Romam, ut tradit Dio. Sura autem
 Consul fuit Anno 107, et sub eo Cos. factus est Hadrianus
 Praetor. Hadrianus jam Praetor existens, factus est Le-
 gatus Leg. Minerviae, et approbatus a Trajano bello hoc
 Dacico secundo, factus est Consul An. 109, suffectus
 scilicet. In Consulatu comperit a Sura, adoptandum se a
 Trajano esse, Spartian.^e [p. 4 ed. Obrecht.] Ergo Sura
 adhuc in vivis, anno 109 jam affecto.

V. Trajanus in Occidente fuit, et quidem in Italia tunc
 quum Plinius erat Proconsul Bithyniae: ex Oriente autem
 in Italiam nunquam reversus est. At Plinius non profectus
 est in Bithyniam ante annum 109^f.

Variae sunt Virorum doctorum de Proconsulatu Plinii
 sententiae, dum explicant Eusebium in Chronico. Prima
 est Baronii, qui tradit Plinium, quinto Trajani anno missum
 in Bithyniam, eodemque tempore scripsisse literas ad Tra-
 janum de Christianis; sed eum, opinor, nemo secutus est.

^d Sept. Asiae Eccles. Notit.
 Muratorius quoque protulit,
 317, 1.

^e adoptandum — Spartian.]
 Has voces alia manu exaratas
 exhibet MS.

^f annum 109.] Post has vo-
 ces in MSto legimus; ‘quod
 ‘probandum; nam consul erat
 ‘Anno 100 jam affecto. Cen-
 ‘tumcellis erat cum Trajano A.
 ‘102, quo A^o.’ [Sic in MSto.]

Secunda est sententia Halloixii, missum quinto, venisse in provinciam sexto Trajani, ibi per plures annos officio functum esse, ac demum literas scripsisse ad Trajanum de Christianis, anno imperii ejus 10, ut puto 11. Tertia Usserii, qui Halloixii argumenta probat, et ad annum Trajani decimum literas refert.

Sed ex his nemo quidquam certi affert. Baronius primum ex principiis manifesto falsis statuebat, eum quinto Trajani anno missum. Halloixius concedit Baronio, tunc eum missum fuisse: ipse nullam concessionis rationem reddit. Usserius probat Halloixii plures annos.

Ego neque quarto, neque quinto Trajani anno, missum fuisse Plinium in Bithyniam censeo, sed demum undecimo. Non quarto; quia tunc erat Trajanus in Dacia, neque ulla ex Bithynia epistola ejus scripta est ad Trajanum in Dacia. Non quinto; tunc enim erat Centumcellis in Italia judex. Non sexto; tunc enim Trajanus in Dacia rursus, ubi permansit per quadriennium: neque rediit Romam, ante annum imperii undecimum. Tunc autem adhuc erat in Italia Plinius; nam ibi scripsit epistolam ad Caninium de scribendo poemate de utroque bello Dacico.

Dico igitur, eum missum in Bithyniam sub aetatem anni undecimi, ibique permansisse per biennium, usque ad aetatem anni decimi tertii. In more enim positum fuit, ut Magistratus Bithynorum per biennium officio fungerentur; cum Proc. Bithyniae apud Imperat. Claudium, *alterum biennium*. Sic postea apud Lactantium, de Mort. Persecutor. § xvi, legimus de Donato, quod per decennium in carcere permansit: id factum fuisse sub Praefectis Bithyniae, Flaccillo, (ita lego, non Flaccino,) Hierocle, et Priscilliano, biennio sub singulis, postquam se. Diocletianus et Maximianus purpuram deposuerant. Nam Praefectus, decessor Flaccilli, non nominatur, sed sine nomine innuitur his verbis §.....ubi *profectus* corrupte scribitur, et legendum, *Praefectus*. Successor Priscilliani erat Eratineus. § xl. Nempe quinque fuere Praesides Bithyniae

§ his verbis] scil. 'repente 'profectus cum ducibus et tribu-
'adhuc dubia luce ad Ecclesiam 'nis et rationalibus venit.' § xii.

per tractum temporis decennalis persecutionis, quorum primus non nominatur, quia quum illic esset Imperator, per Praefectum Praetorio (*res*)^h Nicomediae gestae sunt.

Sed quia pluribus annis Plinium in Bithynia fuisse asserit Halloixius, idque colligit ex pluribus natalibus Trajani a Plinio in provincia celebratis, quorum aliquos nominat, alios omittit: ex his ego potius colligendum putavi, non plures quam duos annos in Bithynia permansisse Plinium. Nam intra quinque menses tres solennitates observatae sunt: sex autem, neque plures, neque pauciores, a Plinio indigitantur, et a Trajano grato animo agnoscuntur. Harum omnium 1 Natalis ejus genuinus. Plinius autem per totum hoc biennium ad Trajanum scribit, Romae vel in Italia consistentem. Nam quum primo venit in provinciam, scribit de mensuris fideliter agendis. Rescribit Trajanus, "Mensores vix etiam iis operibus quae aut Romae, aut in proximo fiunt, sufficientes habeo." Lib. x Ep. 29. Rursus scribit de Architectis ad Trajanum, qui respondet, "Modo ne existimes brevius esse ex Urbe mitti, quum ex Graecia etiam ad nos venire soliti sunt." Ep. 49. Rursus Edicta plura mittere ad Trajanum Domitiani, Vespasiani, et Augusti voluerat: quod tamen omisit, "quia," inquit, Ep. 71, "vera et emendata in seriniis tuis esse credebam." Serinia autem illa, ubi, nisi Romae, erant? Quod si haec vera sint, quis non (*credit*)^h Trajanum ante decimum quartum vel decimum quintum imperii sui annum Romam non reliquisse.

Quid igitur sentiendum est de anno, quo Trajanus S. Ignatium Antiochiae ad bestias condemnavit, et Romam misit ad hoc supplicium subeundum? Res ipsa certe expedita est. Nam Trajanus imperii sui anno decimo octavo, Messala et Pedone Consulibus, (Consulatus Pedonis ad A. D. 115, Urbis 868,) Antiochiae hibernavit. Ubi ingens terrae motus exstitit, ex quo Imperator aegre evasit; ut observat Dio. Hos terrae motus ideo contigisse Gentiles (*crediderunt*), quia eorum Dii negligebantur; id autem

^h Voces typis Italicis designatas lunulisque inclusas supplement Smithus. MS. 'Praefectum Pract. Nicomediae gesta sunt.'

imputabant Christianis: et erat exercitus Trajani valde Gentilis. Quare quum Ignatius, Antiochiae Episcopus, Christianorum in Syria quasi Princeps (*haberetur*), hunc Imperator, vere in Parthos exercitum ducturus, in iudicium vocat, et vocatum condemnat: quod ab eo nunquam factum ante legimus: sed ex liberis sanctissimi Episcopi responsis hoc fecit. Non haec nos excogitamus: sunt autem a Johanne Malela, qui Antiochenus fuit, diserte tradita. Vide Usser. pp. 53, 54. [Nott. in Ignatii Acta.]

Sed quid tandem sentiemus de loco illo Malelae, in quo suam sententiam fundavit optimus Usserius? Respondeo, si intelligatur de Trajano, qui in imperio Nervae successit, falsissimus est, ut ostendimus: si referatur ad martyrium S. Ignatii, etiam illud contra mentem Malelae fit. Sed si aliter eum intelligamus, neque veritati, neque Malelae injuria fiet. Sic igitur Malelam interpreto: Trajanus, Trajani filii Nervae pater, rediit Antiochiam A. D. 79. Pone Trajanum patrem pro filio, et An. 79 pro 107, et omnia constabunt, et ipse sibi Malela. Factum hoc sub Vespasiano, qui Trajanum in pretio habuit, quod ille sub ipso Vespasiano Tribunus fuit in bello Judaico An. 67, forte Consul suffectus 74. Hunc igitur fecit Vespasianus Procos. Asiae An. 79, quo postea ipse mortuus est. Confer Inscript. eandem apud Smithum, p. 41, Sponium, iii p. 143. Sub patre tunc militavit Trajanus tilius juvenis adhuc 21 annos natus. Pater Trajanus An. 78 Parthos superavit, et ad Antiochiam reversus est Januarii 7 An. 79, ad suscipiendum Proconsulatum Asiae, quem ei indulsit Vespasianus pater. De qua victoria Parthica intelligendus est Plinius: "Nonne incunabula haec tibi, Caesar, et rudimenta, quum puer admodum Parthica lauro gloriam
" Patris augeres?" [Paneg. § 15.]

Damnatus igitur est ad bestias S. Ignatius A. D. 116, eodem anno exeunte Romae passus est¹.

¹ In Vindiciis, II 1, Pearsonus Christianae anno 107; anno statuit Ignatium ab Antiochia Christi vero 113 Epistolas scripsisse. Romam tractum vulgaris Aerae

M A P T Y P I O N

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΟΣ

ΙΓΝΑΤΙΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΦΟΡΟΥ.

Α'. ΑΡΤΙ διαδεξαμένον τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν
 Τραϊανου, Ἰγνάτιος ὁ τοῦ ἀποστόλου Ἰωάννου μαθη- 5
 τῆς, ἀνὴρ ἦν τοῖς πᾶσιν ἀποστολικὸς, καὶ ἐκυβέρνα
 τὴν ἐκκλησίαν Ἀντιοχείων ἐπιμελῶς, τοὺς πάσαι χει-
 μῶνας μόλις παραγαγὼν τῶν πολλῶν ἐπὶ Δομετιανου
 διωγμῶν, καθάπερ κυβερνήτης ἀγαθὸς, τῷ οἴακι τῆς
 προσευχῆς καὶ τῆς νηστείας, καὶ τῇ συνεχείᾳ τῆς 10

Ignatius
 gregis sui
 curam ha-
 bet.

1. ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ] Syriacam versionem capp. i—iv incl. nuperrime Curetonus e Cod. Musei Londinensis typis vulgavit. Codex hic paucos ante annos e bibliotheca Claudii J. Rich, Legati Britannici in urbe Bagdad, Londinum delatus, etiam fragmentum Epistolae S. Ignatii ad Romanos continet. Versio autem Martyrii Syriaca non ubique ad verbum textui Graeco cod. Colbert. respondet, quum Syrus nonnunquam Graeca male intellexerit, saepissime autem paraphrasi sit usus. Caeterum omnes variae lectiones inde ortae nullius sunt ponderis. HEFELIUS.

2. ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ] Cod. Laur. Τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου Ἱερομάρτυρος.

4. Ἄρτι διαδεξαμένον] Trajanus Imperii primordia cepit A. D. 98. Ignatius, si Usserium et Burtonum audias, passus est A. D. 107; si Guerikium, A. D. 116; sin autem Clintonum et Greswellium, A. D. 115. Pearsonus et Clericus B. Patris martyrium ad annum 116 referunt. Quo anno Lloydus quoque persecutionem, per quam Ignatius martyr factus est, accidisse constituit, probante Schulthessio, Symbol. ad Internam Criticam Libb. Canon. i 177.

5. Τραϊανου,] Syrus ap. Cureton. *At that same time, when the wicked emperor Trajan.* Talia epitheta manum seriorem produunt.

ib. Ἰωάννου μαθητῆς,] De discipulatu S. Ignatii sub cura et

MARTYRIUM

SANCTI HIEROMARTYRIS

IGNATII THEOPHORI.

I. NUPER recipiente principatum Romanorum Trajano, Apostoli et Evangelistae Johannis discipulus Ignatius, vir in omnibus Apostolicus, gubernabat Ecclesiam Antiochenorum. Qui quondam procellas vix mitigans multarum sub Domitiano persecutionum, quemadmodum gubernator bonus, gubernaculo orationis et jejunii, continuitate doc-

institutione S. Johannis Apostoli altum silent Scriptores Ecclesiastici; quorum plerique omnes, sive ejusdem, sive diversi aevi, in enarrandis Sanctorum Martyriis occupati, parentum, patriae, nataliumque memoriam, et universam illorum vitae praecedentis rationem, institutum, reliquasque περιστάσεις, literis mandare posterisque tradere neglexerint. Interim ex horum Actorum fide statuendum videtur, Ignatium fuisse auditorum S. Johannis, licet de tempore et loco, sive in Palaestina, sive in Syria, sive potius una cum S. Polycarpo (quod mox asseritur § 3) in Asia Minori, nondum constet. SMITH.

6. ἦν τοῖς] Lege ἐν pro ἦν, quod in Codice suo non habebat Vet. Int. particula καί, quae sequitur, deleta. SMITH. Versio Curetoniana lacunam exhi-

bet: a man * * * who in all actions resembled the Apostles.

7. ἐπιμελῶς,] Hanc vocem cum reliquis versionibus omisit Armenius, et videtur legisse τοὺς πολλοὺς χειμῶνας Δ. τοῦ βασιλέως παραγῶν κάθαπερ. PETERMAN. Syrus, and like a good pilot.

ib. τοὺς πάλαι] ὁς τοὺς πάλαι Grabius, cum Int. Cod. Caiensis.

8. παραγῶν] Int. Vet. mitigans, male. Egressus, transiens, quum vix procellas evasisset. [sic etiam Ruchat. Warkius, et Chevallier. Syrus, and with difficulty passed through.] Quae enim illa mala essent, quae S. Ignatius in ista persecutione sub Domitiano passus fuerat, et ex quibus eluctatus est, ex defectu historiarum pariter nos latet. SMITH.

διδασκαλίας, τῷ τόνῳ τῷ πνεύματι, πρὸς τὴν ζάλην τὴν ἀντικειμένην ἀντεῖχεν· δεδοικῶς, μὴ τινα τῶν ὀλιγοψύχων ἢ ἀκεραιτέρων ἀποβάλλῃ. Τοιγαροῦν ἠὺφραίνεται μὲν ἐπὶ τῷ τῆς ἐκκλησίας ἀσαλεύτῳ, λωφῆσαντος πρὸς ὀλίγον τοῦ διωγμοῦ· ἤσχαλλεν δὲ 5 καθ' ἑαυτὸν, ὡς μήπω τῆς ὄντως εἰς Χριστὸν ἀγάπης ἐφαψάμενος, μηδὲ τῆς τελείας τοῦ μαθητοῦ τάξεως. Ἐνευόει γὰρ τὴν διὰ μαρτυρίου γινομένην ὁμολογίαν πλείον αὐτὸν προσοικειοῦσαν τῷ Κυρίῳ. Ὅθεν ἔτε-
σιν ὀλίγοις ἔτι παραμένουν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ λύχνου 10 δίκην θεϊκοῦ τὴν ἐκάστου φωτίζων διάνοιαν διὰ τῆς τῶν

1. τῷ τόνῳ τῷ πνεύματι,] *con-
tentione spiritus*, Ruinartus, qui
ad oram libri ex ingenio de-
derat vel τοῦ πνεύματος vel τῷ
πνευματικῷ. Illam emendatio-
nem comprobat Clericus, suspi-
catur tamen Martyrii auctorem
scripsisse τῷ εὐτόνῳ πνεύματι,
h. e. *firmiter et constanti*. Smi-
thus, Int. Cotton. ab Usserio
editum secutus, *labore spiritu-
ali*, reponit πόνῳ πνευματικῷ,
quam lectionem amplexi sunt
Wakius, et Chevall. *Avec un
esprit fervent*. Ruchat. Versio
Curetoniana: *with the helm of
prayer and constant fasting,
and by the admonition of spi-
ritual works, stood up against
the tumults of the power of the
enemy*. Armenius legisse vi-
detur, τῇ διδασκαλίᾳ καὶ τῷ πόνῳ
τῷ πνευματικῷ aut τοῦ πνεύματος.
Roberto Scott haec triplicis me-
taphorae ope e rebus nauticis
sumtae ita explicari posse vi-
dentur, ut nulla conjectura sit
opus. Ignatius scilicet sistitur
non ut clavum tenens solum,
sed ut τοῦ κελυστοῦ quoque

munia obiens, immo ut funes et
armamenta tractans. Voces τῇ
συνεχεία, e Thucyd. vii 14, ξυνέ-
χοντες τὴν εἰρεσίαν, illustrari pu-
tat Vir eruditissimus, et cum τῷ
τονῷ τῷ πνεύματι, confert Ignat.
ad Eph. § 9, τῷ σχοιῳίῳ χρώμενοι
τῷ Πνεύματι τῷ ἀγίῳ.

2. τὴν ἀντικειμένην] Has voces
omisit Armenius. PETER-
MAN.

ib. μὴ—ἀποβάλλῃ.] *veritus ne
amitteret* Clericus, quem se-
quitur Chevallier. *ne illa (tem-
pestas) dejiceret*, Ruinart. cum
Int. Vet. et sic Ruchat. et Wa-
kius.

ib. τῶν ὀλιγοψύχων] I Thess.
v 14, παραμθεῖσθε τοὺς ὀλιγο-
ψύχους.

3. ἀκεραιτέρων] *ne aliquem
pusillanimum aut infirmum
amitteret*, Int. Cotton. quem
sequitur Clericus. Syrus, ap.
Cureton. *any of the humble and
of little strength*. Eodem sensu
Wakius et Chevall. *not well-
grounded in the faith*. Grabius,
quemquam simpliciorum; Ru-
chatus, *quelq'un...des plus sim-*

trinae, robore spirituali, fluctuationi adversantis^a *adversanti*
 se opposuit potentiae: timens, ne aliquem eorum *Cod. Laur.*
 qui pusillanimes et magis simplices prosterneret.
 Igitur lactabatur quidem^b de Ecclesiae incon- *b quidem*
 cussione, quiescente ad paucum persecutione: du- *deest C. C.*
 bitavit autem secundum seipsum, quod nondum
 vere in Christum charitatem attigerat, neque per-
 fectum discipuli ordinem. Cogitavit enim eam
 quae per Martyrium confessionem plus ipsum ad-
 ducere ad familiaritatem Domini. Unde annis
 paucis adhuc permanens Ecclesiae, et, ad lucernae
 modum divinae^c, cujusque illuminans cor per *c divinae*
C. C.

ples. Vox ἀκέραιος occurrit
 Matt. x 16, Rom. xvi 19, et
 Phil. ii 15, ad quem locum vi-
 dendus Krebsius, Obs. in Nov.
 Test. e Josepho, p. 331.

4. τῷ—ἀσαλείτῳ,] *the firm-*
ness, Int. Syrus. Apud Gra-
 bium τῷ omittitur, ex operarum
 incuria, ut videtur. Concil.
 Chalced. Defin. Fid. τὸ τοῦ κη-
 ρύγματος ἄνωθεν ἀσάλευτον ἐκδι-
 δάσκουσα, ap. Routh. Script.
 Eccles. Opusc. ii p. 77 l. 13.
 Cf. Ep. ad Hebr. xii 28, βα-
 σιλίαν ἀσάλευτον παραλαμβάνον-
 τες.

5. ἤσχαλλεν δέ] Minus apte
 Int. Vet. neque melius Cotton.
consideravit. Tu veritas cum
 Smitho, *dolebat animo, tristitia*
afficiebatur. Versio Curetoni-
 ana: *for he was subdued in*
himself, lest he should go astray
from that true love of Christ,
to which he had been brought
near.

8. Ἐνενοίει γὰρ] Grabius ta-
 cite admisit ἐνόει.

ib. τὴν διὰ μαρτυρίου] *that by*

VOL. II.

the testimony of confession, if
it should happen and befall him,
he would be brought very near
to God. Syrus ap. Cureton.
 p. 252.

9. προσοικειούσαν] *similiorem*
reddentem. CLERICUS. Rec-
 tius Ruinart. *proximiorum red-*
dentem; et Wakius, *for he*
thought that the confession
which is made by martyrdom
would bring him to a yet more
close and intimate communion
with the Lord. προσοικειοῦν
 legendum putat Smithus; sed
 non video quid praestet vul-
 gatae.

10. λύχνου] Cf. S. Johan. v
 35, ὁ λύχνος ὁ καίμενος καὶ φαί-
 νων.

11. τῶν [θείων] γραφῶν] Neu-
 ter Interpretum θείων agnoscit:
 lunulis igitur inclusi, sicut olim
 Smithus et Gallandius. Armeni-
 us legisse videtur τῶν ἁγίων
 γραφῶν. Alia legebat Syrus:
by explaining the Scriptures
which were disclosed to him
through prayer.

R I

[θείων] γραφῶν ἐξηγήσεως, ἐπετύγχανεν τῶν κατ' εὐχῆν.

Β'. Τραϊανου γὰρ μετὰ ταῦτα, ἐννάτῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας, ἐπαρθέντος ἐπὶ τῇ νίκῃ τῇ κατὰ Σκυθῶν καὶ Δακῶν καὶ ἐτέρων πολλῶν ἐθνῶν, καὶ 5 νομίσαντος ἔτι λείπειν αὐτῷ πρὸς πᾶσαν ὑποταγὴν τὸ τῶν Χριστιανῶν θεοσεβὲς σύστημα, καὶ εἰ μὴ τὴν τῶν δαιμόνων ἔλοιτο λατρείαν μετὰ πάντων ὑπεισ-ίεναι τῶν ἐθνῶν, διωγμὸν ὑπομένειν ἀπειλήσαντος, [ὁ φόβος] πάντας τοὺς εὐσεβῶς ζῶντας ἢ θύειν ἢ 10 τελευτᾶν κατηνάγκαζεν. Τότε τοίνυν φοβηθεὶς ὑπὲρ τῆς Ἀντιοχείων ἐκκλησίας ὁ γενναῖος τοῦ Χριστοῦ στρατιώτης, ἐκουσίως ἤγετο πρὸς Τραϊανὸν, διάγοντα

Coram
Traiano
sistitur.

3. ἐννάτῳ ἔτει] Apud Int. Vet. Usser. et Smith. pro *quarto* anno *nonum*, IX pro IV, repouunt e Codice Cottoniano. In textu Graeco δεκάτῳ ἐννάτῳ ἔτει corrigit Grabius, qui ἰθ' scriptum fuisse suspicatur; atque Martyrium Ignatii, ad mentem Pearsoni, ponit anno Trajani undevicesimo, scil. A. D. 116. Wakius, lectore inconsulto, emendationem Grabii sequitur. Sed longe corruptiora sunt haec Acta, idque plurimis in locis, quam ut sperare liceat remediis talibus textum hodiernum ad pristinam integritatem revocari posse. Temporum notae praesertim, ut cuius ex inspectione nequaquam acerrima constare poterit, misere confunduntur passim. Conferendus omnino Greswellius noster in libro cui titulus, *Dissertations upon an Harmony of the Gospels*, iv 415—454 ed. 2dae, ubi, inter alia,

optimo jure statuere videtur, e Plinii Ep. vi 31, Trajanum aetatem A. U. C. 860, Imperii nonam, Centumcellis egisse. Non ante A. D. 109 Trajanum Antiochiam adiisse censet Uhlhornius, p. 255.

5. Δακῶν] Primum quidem bellum Dacicum, victo Deceballo, in quarto Trajani consulatu, eodemque potestatis tribunitiae anno quarto, confectum est; ut vetus nos docet inscriptio, apud Gruterum, cexlvi 6, unde in Italiam reversus Trajanus, “de Dacis et Scythis triumphavit;” ut in Eusebiano Chronico legimus. Verum posterius bellum Dacicum, quod Armeniacam et Parthicam expeditionem proxime antecessit, hic intelligitur: cujus is exitus fuit, ut Decebalus sibi ipsi manus attulerit, et in Daciam colonias Trajanus deduxerit. USSER.

7. σύστημα.] Int. Cotton. ver-

Scripturarum enarrationem, sortitus est iis^d quae^d huius C. C. secundum votum.

II. Trajano enim, post quartum annum imperii sui, elato de victoria illa quae adversus Scythas et Thraeces^c et alteras multas et diversas gentes; ^{c de victoria Scytharum et Dacum MS. Cott.} et existimante adhuc deficere ipsi ad omnem subjectionem Christianorum Deum venerantem congregationem, nisi^f daemoniacam cogeret culturam ^{f ut C. C.} cum omnibus subintrare gentibus: persecutionem comminans, omnes ipsos Dei cultores existentes vel sacrificare vel mori cogebat. Tunc igitur timens pro Antiochenorum Ecclesia virilis Christi miles, voluntarie ductus est ad Trajanum, agentem

tit *cultum*; Ruinart. *coetum*; Wakius, *company*. Melius Clericus, qui Christianorum, prout res tunc temporis erant, *corpus* seu societatem ubicunque intelligit. Ruchat. *le pieux corps des Chrétiens*. Vox est recentioris Graecismi, de qua videndus Schweighaeuser. in Lex. Polyb. Adhibet Dio Cassius quoque, e. g. lv 24, de Evocatis, *εἰςὶ καὶ νῦν σύστημα ἴδιον*. In Ep. ad Philipp. Ignatio adscripta, § 15, τὸ σύστημα τῶν παρθένων, τὸ τάγμα τῶν χηρῶν. Coetus sodalitatesque valde avversabatur Trajanus. Cf. Plin. Ep. x 42, 43, 97, 98.

8. τῶν δαιμόνων] Non ita loquebatur Trajanus, qui Daemones infimi generis Deos esse, cum caeteris Romanis et Graecis, norat. Sed scriptor Martyrii Christianis verbis Christianis mentem ejus exposuit. CLERICUS. De persecutione generali sub Trajani principatu silent historici. Cf. Euseb. H. E. iii 32.

ib. ἔλοιτο] *eligeret, vellet*. Male Vet. Int. refert ad Trajanum, reddendo *cogeret*, [sic etiam Int. Cotton. *inclinarēt*.] Sed fortasse haec lectio vitiosa est; pro qua, *cogitaret*, vel quippiam simile, mihi quidem videtur substituendum. SMITH. Hefelius, in Ed. quarta, ἔλοιτο, Noltii conjecturam sequens, propter nomen *πληθυντικόν* Christianorum coetus. Ruchatus conferri jubet Euseb. H. E. ix 10, τῇ θρησκείᾳ ταύτῃ ἢ ἐξ ἔθους θρησκεύειν εἴλετο.

10. [ὁ φόβος] Lunulis incluserunt Gravius, Smith. Galland. et quidem recte. Adsummentum enim est quod neuter Interpretum in Cod. suo legebat. Mox pro *εὐσεβῶς ζῶντας*, Smithus corrigat *εὐσεβείς ὄντας*.

12. τῆς Ἀντιοχείων ἐκκλησίας] *on account of the Churches of Antioch*. Cureton.

13. ἐκουσίως ἤγετο] *Sponte duci* dicitur hic, qui non refugit ire ad Trajanum; quanquam nemo cogebat, ex rescripto Tra-

μὲν κατ' ἐκείνον τὸν καιρὸν κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν, σπουδάζοντα δὲ ἐπὶ Ἀρμενίαν καὶ Πάρθους. Ὡς δὲ κατὰ πρόσωπον ἔστη Τραϊανοῦ τοῦ βασιλέως· “Τίς εἶ, κακὸδαίμον, τὰς ἡμετέρας σπουδάζων δια-
 “τάξεις ὑπερβαίνειν, μετὰ τὸ καὶ ἑτέρους ἀναπείθειν, 5
 “ἵνα κακῶς ἀπόλωνται;” Ἰγνάτιος εἶπεν· “Οὐδεὶς
 “Θεοφόρον ἀποκαλεῖ κακοδαίμονα· ἀφεστήκασι γὰρ
 “ἀπὸ τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ τὰ δαιμόνια. Εἰ δὲ ὅτι
 “τούτοις ἐπαχθῆς εἰμι, [καὶ] κακόν με πρὸς τοὺς δαι-
 “μονας ἀποκαλεῖς, συνομολογῶ· Χριστὸν γὰρ ἔχων 10

jani ad Plinium. Sed cur ibat ad Trajanum Ignatius? Cur non potius latitabat, aut Antiochia aberat, dum illic erat Imperator, non malus quidem, sed caeteroqui Christianis minus aequus? Crediderim, aut potius suspicer, sed ex ipsa re, Ignatium ivisse ad Trajanum, ut eum placaret expositione doctrinae Christianae, si modo eam audire vellet; aut etiam, ne quid dissimulem, ut, si minus Trajanum placare posset, totam iram ejus ipse exciperet, Ecclesiamque Antiochenam sic metu liberaret. Illis enim temporibus, Episcopi potissimum poenas luebant spreti Ethnicismi; populus plerumque negligebatur. Numquam promiscue in Christianos omnes inquisitum aut saevitum esse constat, vel ex ipsis antiquissimis Martyrologiis; unde liquet multos adfuisse Christianos ‘candidatis,’ ut Tertulliano loquendi genere utar, ‘crucis,’ dum in carcere essent, et ipso illo tempore quo consummabantur; quod videmus vel in hoc Martyrio, atque antiquissimis quibusvis id genus narrationibus. CLERICUS.

si verum est, nomina Consulium, in quibus errare non poterunt Ignatii comites, a recentiore manu esse oportet. Quales additiones in permultis historiis inveniuntur. CLERICUS. Consulatum gesserunt Sura et Senecio anno Trajani decimo, ut docebit Ant. Pagius. Cler. Hist. Eccl. p. 577 not. 15. Codex, quo usus est Ruinartus, praestat Σεδεκίου. Usserius, qui Consulium priorum Trajani annorum seriem digestam exhibet, scribit 'A. D. 107, Surano III, 'Senecio II;' Clintonus autem, et Uhlhornius, Senecio IV, Sura III. Mirum quam notae temporum permiscetur et turbantur ap. Codd. Metaphrastae, e.g. in Cod. 1491 Paris. haec habes: ἐν ἔτει πέμπτῳ.....τῆς βασιλείας Τραϊανοῦ Καίσαρος· δευτέρῳ ἔτει ἐν ὑπατείᾳ Ἀττίκου καὶ Συρβοῦνου καὶ Μαρκέλλου.

8. δεήσεως] δεήσεων Cod. Par. 1451.

thesaurus inappreciabilis; ab ea quae in Martyris ^{p Martire} gratia sanctae Ecclesiae relicta. _{C. C.}

VII. Facta autem sunt haec die ^a ante xiii ^{a relicta au-} Kalendas Januarias; praesidentibus apud Roma- ^{tem facta} nos Syria ^r et Senecio secundo. Horum ipsimet ^{sunt. Haec} conspectores effecti cum lacrimis, et domi per ^{die &c. C. C.} totam noctem vigilantes, et multum cum genu- ^{r Siria C. C.} flexione et oratione deprecantes Dominum certi- ficare infirmos nos de prius factis: parum obdor- mitantes hi ^s quidem repente astantem et am- ^{hii C. C.} plexantem nos videbant: hi autem rursus super- orantem nobis videbant beatum ^{t sanctum} Ignatium, quem- _{C. C.}

9. πληροφορησαι] Hoc est, plenam fidem facere accepti Deo Ignatii Martyrii, quod indicatur verbis, ἐπὶ τοῖς προγε- γουόσι, satis obscuris; sed sequentia rem ita capiendam ostendunt. Possit et hoc sus- picionem injicere additamenta esse haec recentioris aevi. Nam comites Ignatii non potuerunt de pietate ejus dubitare, aut revelatione indigere, ex qua intel- ligerent Ignatium genuinum Martyrem, Deoque gratum fu- isse. Sed suspicari forte non- nulli potuerunt, an Deo placu- isset nimia cupiditas Martyrii, qua vir alioqui sanctus exar- serat; ut enim non est fugien- dum Martyrium, si ita res ferat, sic nec nimis avide quaerendum. Verum haec in medio relinqui- mus. CLERICUS.

10. μικρὸν ἀφνπνώσαντες,] De hisce insomniis, sive coelitus immissis, sive ex quotidianis cogitationibus, de glorioso illo S. Ignatii certamine, phanta- siae illorum inter dormiendum, quod frequenti usu venit, sub-

orientibus, non est quod quis- quam indebite cautus sagaxve nimium sit sollicitus, quasi ole- rent figmentum; quum nihil hic aut a fide alienum, aut ve- risimilitudinis omnino expers assertum habeatur. SMITH. Meo quidem judicio haec om- nia aetatem redolent Ignatio longe recentiore.

11. ἐβλέπομεν, — ἐωρῶμεν] Vet. Int. in utroque loco *videbant*: quasi juxta illum, in eorum, quibus haec visa obtigerunt, numero, seipsos, qui glorioso Martyris agoni interfuere, non recensuissent: nec quidem recensendi videntur. Graeca potius mutanda sunt, ut Versioni, quae ad literam fit, conformia reddantur. SMITH.

13. σταζόμενον] Lege ergo ap. Vet. Int. *superrorantem*. Symeon Metaph. ἰδρῶτι καταρ- ρέομενον, καθάπερ ἄρτι τῶν τῆς ἀθλήσεως ἀναπνευκόντα πόνων. SMITH.

ib. ὡς ἐκ καμάτου πολλοῦ] Apoc. vii 14, Οὗτοί εἰσιν οἱ ἐρχόμενοι ἐκ τῆς θλίψεως τῆς μεγάλης.

πολλοῦ παραγενόμενον, καὶ παρεστῶτα τῷ Κυρίῳ.
 Μετὰ πολλῆς τοίνυν χαρᾶς ταῦτα ἰδόντες, καὶ συμβα-
 λόντες τὰς ὄψεις τῶν ὀνειράτων, ὑμνήσαντες τὸν
 Θεὸν τὸν δοτῆρα τῶν ἀγαθῶν, καὶ μακαρίσαντες τὸν
 ἅγιον, ἐφανερῶσαμεν ὑμῖν καὶ τὴν ἡμέραν καὶ τὸν 5
 χρόνον, ἵνα κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ μαρτυρίου συναγό-
 μνοι, κοινωνῶμεν τῷ ἀθλητῇ καὶ γενναίῳ μάρτυρι
 Χριστοῦ, καταπατήσαντι τὸν διάβολον, καὶ τὸν τῆς
 φιλοχρίστου αὐτοῦ ἐπιθυμίας τελειῶσαντι δρόμον ἐν
 Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ 10
 τῷ Πατρὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ Ἁγίῳ
 Πνεύματι εἰς αἰῶνας. Ἀμήν.

2. καὶ συμβαλόντες—ὀνειράτων,] Desunt haec apud Int. Vet. et perperam quidem, ut mihi videtur. SMITH.

6. συναγόμενοι,] Pertinent haec ad celebrationem τῶν γενεθλίῳ sanctissimi Martyris, qualis etiam memoratur ab Eu-

sebio, H. E. iv 15. CLERICUS. Vide infra in Epistola Circulari Eccles. Smyrn. § 18. Argumentis vellemus doceri, inquit Basnagius, anno 107 id observatum esse moris ut Natalitia Martyrum solemnī Christi-anorum conventu celebrarentur.

Atque haec sunt *Acta*, sive potius *Passio*, S. Martyris Ignatii, e duplici Codice Latino edita primum ab Usserio, qui in Praefatione postremam saltem partem a Philone, Gaio, et Agathopode, ex Syria Romam usque beatum Martyrem secutis, conscriptam esse, ex sequentibus collegit formulis: *Nos quidem nolentes abducimur: gementes de ea, quae a nobis futura, separatione, obviamus fratribus, timore et gaudio repletis. Horum ipsimet conspectores effecti &c.* Ego contra, priora quidem, quae in utroque Codice Latino exarata sunt, genuina et antiquissima, sed postremam *Actorum Ignatii* partem spuriam, et ab Interpolatore quodam assutam esse arbitror; partim quia in altero eorum Codice, scilicet Cottoniano, deest, partim quia ἀσύστατα atque falsa continet. Sane aperte sibi invicem repugnare videntur ista verba, § 5, quae in Latino Usserii textu ita sonant: *Horum ipsimet conspectores effecti cum lachrymis, et domi per totam noctem vigilantes, et multum cum genuflexione et oratione deprecantes Dominum, certificare infirmos nos de prius factis.* Si enim haec facta

admodum ex labore multo advenientem, et astantem Domino in multa confidentia et ineffabili gloria. Impleti autem gaudio haec videntes, et glorificantes Deum datorem bonorum, et beatificantes Sanctum, manifestavimus vobis diem et tempus^u: ut secundum tempus martyrii congregati, communicemus athletae et virili Christi Martyri, qui conculcavit Diabolum, et hujus insidias in finem prostravit: glorificantes^x in ipsius venerabili et sancta memoria Dominum nostrum Jesum Christum: per quem et cum quo Patri gloria et potentia, cum Spiritu Sancto, in sancta Ecclesia in saecula saeculorum. Amen.

^u diem et
Sanctum et
ut secundum tempus
martyrii
C. C.
^x glorificantes docet
C. C.

Cujus ritus primum exemplum Smyrnenses praebuere post extinctum, A. D. 169, Polycarpum. Annal. Polit. Eccl. ad A. D. 107, ii p. 17. Chrysostomi adhuc temporibus, Ignatii τὰ γενέθλια esse celebrata, docet Hefelius, ex Sermone

ejus, Opp. ii p. 600 ed. Ben.

7. τῷ ἀθλητῇ] Cf. Chrysost. Hom. 3 in Esaï. vi 2, οὐκ ἰδεῖν δὲ κατηξιώθημεν μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ σώματα τῶν ἀθλητῶν δέξασθαι, καὶ παρ' ἑαυτοῖς τοὺς στεφανίτας ἔχομεν ὡν. tom. vi p. 112 ed. Ben.

ipsimet spectatores oculis usurpaverant, quid opus erat, ulteriorem de iis certitudinem a Deo postulare? Falsum autem, quod ista facta dicantur *praesidentibus apud Romanos Syria et Senecio secundo*, id est, anno 107 Aerae vulgaris Christianae, ut ex Notis Usserii discere est: hoc, inquam, falsum esse apparet. Nam ex ipsis *Actis* constat, Ignatium a Trajano Imperatore damnatum esse, quando is, expeditione adversus Parthos suscepta, Antiochiam venit. At vero bellum Parthicum anno Christi 112 demum coepisse, egregie probarunt duo insignes rerum Chronologicarum magistri, Henricus Norisius in Epistola Consulari, p. 72, [Vid. apud Graevii Thes. Antiq. Rom. xi p. 438,] et Antonius Pagi in Critica Historico-Chronologica in Annales Baronii ad A. C. 105, §§ ii et iii. His accedit tertius, Chronologorum hujus temporis princeps, qui primo a me loco nominandus erat, Reverendus admodum Guilielmus Lloydus, nunc Episcopus Vigorniensis, patronus meus maximus: quem hanc in rem ipse Pagius ad An. 107, § iii et seqq. laudat, ejusque rationibus probat, S. Ignatium An. Christi 116 demum Martyrio defunctum esse. Jam alii quidem

paullo citius, alii serius id contigisse existimant; in eo tamen omnes fere jam conveniunt, id post A. C. 112 accidisse. Se ipsum itaque prodidit Interpolator, dum falso anno martyrium S. Ignatii adsignavit, anno scilicet Christi 107 sive Trajani 9; seductus procul dubio istis Actorum verbis § ii ubi Trajanus ob victoriam a Scythis, Dacis, aliisque reportatam elatus atque insolens factus fuisse dicitur, ἐννάτω ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ. Nam haec quidem satis vera sunt juxta rationes Pagii; (quem lege ad A. C. 103, 106, 107,) sed male ex iis collegit Interpolator, eodem ipso anno contigisse, quae in sequentibus de S. Ignatii martyrio narrantur. GRABIUS.

Uhlhornius censet Ignatium non a Trajano, sed a Syriae Praefate damnatum esse. Vid. Basnag. Annal. A. D. 107.

Hilgenfeld. et Uhlhornius docent e sex primis Aerae Christianae saeculis neminem ante Evagrium, H. E. i 16, Actorum horum meminisse.

Auchero si audias, Versio Armeniaca fons et exemplar est omnium quae hucusque in cognitionem venerunt Recensionum. Vid. Peterman. p. 498.

De Versione Coptica, vid. Assemani Biblioth. Oriental. i p. 618, Amedeus Peyron, ab eruditissimo Curetono indicatus, in Praefatione Lexici Linguae Copticae, haec habet: ‘Papyrus ‘ Primus Taurinensis, foliorum 63, tenet 10, Martyrium S. Ignatii ‘ Antiochiae Episcopi spurium, et fabellis scatens: praeter caetera ‘ absurda, refert longos sermones qui Ignatium inter et Trajanum ‘ Roma intercesserunt, tum varia tormentorum genera, quibus ‘ Imperator Martyris constantiam vincere ante extremum supplicium confidebat.’ Nihil tale habent ejus Acta sincera, a Cotelerio edita; constat enim Trajanum post Parthicam expeditionem nunquam Romam rediisse.

TIBERIANI,

PALAESTINAE PRIMAE PRAESIDIS,

AD TRAJANUM IMPERATOREM, DE CHRISTIANIS
RELATIO.

[Vid. p. 436 l. 10, p. 500 l. 7, supra.]

Αὐτοκράτορι Νικητῇ Καίσαρι,
θειοτάτῳ Τραϊανῷ.

*Imperatori invictissimo, Cae-
sari divinissimo Trajano.*

Ἄπεκαμον τιμωρούμενος καὶ
φονεύων τοὺς Γαλιλαίους, τοὺς
τοῦ δόγματος τῶν λεγομένων
Χριστιανῶν, κατὰ τὰ ὑμέτερα
θεσπίσματα· καὶ οὐ παύονται
ἐαυτοὺς μνηνύοντες εἰς τὸ ἀναι-
ρεῖσθαι ὅθεν ἐκοπίασα τού-
τοις παραινῶν, καὶ ἀπειλῶν,
μὴ τολμᾶν αὐτοὺς μνηνεῖν μοι
ὑπάρχοντας ἐκ τοῦ προειρημέ-
νον δόγματος· καὶ ἀποδιωκό-
μενοι οὐ παύονται. Θεσπίσαι
μοι οὖν καταξιώσατε τὰ παρι-
στάμενα τῷ ὑμετέρῳ κράτει
τροπαιούχῳ.

Defatigatus sum puniendo
et neci tradendo Galilaeos,
(qui nobis veniunt sub no-
mine Christianorum) secon-
dum vestra mandata. Illi
vero non cessant ad caedem
sese patefacere. Et licet tam
adhortationibus quam minis
multum laboraverim, ut dog-
matis illius esse se professo-
res indicare mihi non aude-
rent, persecutionem tamen
passi, non quiescunt. Quae
igitur imperio vestro visa fu-
erint, edicere mihi dignetur
Majestas vestra.

Multa sunt quae hanc Epistolam suspectam faciunt, ab illius saeculi historia et moribus admodum aliena. Vel eo nomine suspecta est imprimis quod eam a Johanne Malala [p. 356 ed. Oxon. 1691] ediderit praestantissimus Usse-rius, auctore fabulosissimo; nec alium in omni antiquitate repererit qui ejus meminit praeter Suidam, [voc. Τραϊανός] quem ex eodem Johanne habuisse verisimile est. At certe Palaestini Praefecti Epistolam Eusebium, ipsum quoque

Palaestinum, vix est ut dicamus effugisse, vix est ut in ejus Historia Ecclesiastica illam hodie desideraremus si in illam incidisset. Palaestinae quoque illam distributionem in *primam* et *secundam* nemo est veterum qui meminerit Trajano coaevus. Reliquit Augustus Senatui Imperii Breviarium, quod quale fuerit, ex Strabone et Tacito et Plinio intelligimus; nec ullus memoratur Imperatorum qui eam provinciarum distributionem innovarit usque ad Hadrianum Primam distributae Palaestinae in tres provincias mentionem observavit Gothofredus in Codice Theodosiano, anno 409. Sed et tituli quibus Trajanum ornavit Tiberianus, alieni etiam sunt ab aetate Trajani. Quod *νικητήν* appellet, quod *τροπαιοῦχον*, quod *θειότατον*, recentiorem fictoris aetatem plane sapiunt, omnia Constantinopolitanorum Imperatorum stylium referentia Quod etiam plurali numero est usus, *ὑμέτερα θεσπίσματα, καταξιώσατε, et ὑμετέρῳ κράτει*, prodit auctorem Heraclio fortasse coaevum, qui filios habuit imperii socios, ut proinde plurium Imperatorum nominibus monumenta publica essent concipienda. DODWELL. Diss. Cypr. xi §§ 23, 24.

Epistolae tanquam proculdubio genuinae versionem dedit Middletonus in libro inscripto, *An Inquiry into the Miraculous Powers, &c.* Opp. i p. 163. Plura si cupias, adeas Tillemontium, *Mémoires &c.* ii 571, 572.

MARTYRIUM

S. POLYCARPI.

ΤΗΣ
ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ

ΠΕΡΙ ΜΑΡΤΥΡΙΟΥ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ

Π Ο Λ Υ Κ Α Ρ Π Ο Υ

5

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΕΓΚΥΚΛΙΚΟΣ.

Ἡ ΕΚΚΛΗΣΙΑ τοῦ Θεοῦ ἡ παροικοῦσα Σμύρναν, τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ παροικούσῃ ἐν Φιλομηλίῳ, καὶ πάσαις ταῖς κατὰ πάντα τόπον τῆς ἀγίας

3. ΠΕΡΙ ΜΑΡΤΥΡΙΟΥ] De hisce Polycarpi Actis et ejus generis aliis vetustissimis Ecclesiae Martyriis, in Animadversionibus suis Eusebianis, num. 2183, sententiam suam ita aperuit illustrissimus Scaliger: eorum 'lectione piorum 'animus ita afficitur, ut nunquam satur inde recedat; 'quod quidem ita esse unusquisque pro captu suo et conscientiae modo sentire potest. 'Certe ego nihil unquam in 'historia Ecclesiastica vidi, a 'cujus lectione commotior recedam, ut non amplius meus 'esse videar.' USSER. Cf. Neandri Hist. Eccl. i pp. 162—168, vel pp. 106—110 vers. Anglic. H. J. Rose.

7. παροικοῦσα] Vide quae su-

pra notavimus ad Clem. Rom. Ep. i Inscr. et ad Polycarp. Ep. ad Philipp. Inscr. p. 552.

8. τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ] Omis-

sa sunt haec in Cod. Vindob. ib. ἐν Φιλομηλίῳ,] Φιλομήλιον diversis tribuitur Provinciis. Eusebius et Nicephorus, iii 34, inter Ponti civitates referunt; Strabo sub Phrygiam videtur locare; [? lib. xii p. 834 ed. Falconer. sub Lyciam. xiv 948.] Pisidiae accenset Notit. Provinc. Orient. quam ex MSto. pervetusto Vaticano edidit Car. a S. Paulo, cui Subscriptio favet Consilii Constantinopolitani. Causa hujus discrepantiae est quod Imperatores Romani subinde Provinciarum limites, prout Imperii tempora atque usus exigebant, immutarent.


Η

ἐκκλησία τοῦ θ̄υ ἡ
παροικίῳσα σήμερον.
τῆ παροικίῳσι βρφι
λομηίῳ. καὶ πάσαις
ταῖς καταπάντα τό
πορ τῆς ἁγίας καθο
λικῆς ἐκκλησίας
παροικίῳσι.

20. 510. 100.

Η

ἐκκλησία τοῦ θ̄υ ἡ παροικίῳσα
σήμερον. τῆ ἐκκλησίῳσι τοῦ θ̄υ
τῆ παροικίῳσι βρφιλαδέλφί
αι καὶ πάσαις ταῖς καταπάν
τα τό πορ τῆς ἁγίας καθο
λικῆς ἐκκλησίας παροικίῳσι.



ἐκκλησία τοῦ θ̄υ ἡ παροικίῳ
σα σήμερον. τῆ ἐκκλησία
τοῦ θ̄υ τῆ παροικίῳσι βρφι
λαδέλφίῳ. καὶ πάσαις ταῖς
καταπάντα τό πορ τῆς ἁγί
ας καὶ καθολικῆς ἐκκλη
σίας παροικίῳσι.

ECCLESIAE SMYRNENSIS

DE

MARTYRIO

SANCTI

P O L Y C A R P I

EPISTOLA CIRCULARIS.

ECCLESIA Dei, quae est apud Smyrnam, Ecclesiis Dei salutem, Philomeliae, et universis quae in locis sunt, catholicis civitatibus, misericordia

Philomelium vero incendit atque evertit Frid. Barbarossa, teste Niceta Choniata, Lib. iii [cap. 6.] MADER. Philomelium est Phrygiae magnae oppidum, ejus meminit Cicero, III Fam. viii, xv, et Verr. 85. Nunc *Ilgun* vocatur. DRESSEL. Cod. Vindob. praestat *ἐν Φιλομηλίῳ*, cum Int. Vet. et Euseb. H. E. iv 15, non *ἐν Φιλαδελφίᾳ*, uti in Codd. Barocc. et Par. Et mihi quidem hujusce Epistolae quae adhuc supersunt exemplaria omnia ex alia quavis recensione profluxisse videntur quam ex ea olim in Ecclesiae Philadelphinae usum facta. In Epistola enim ad Philad. transmitenda nequaquam credere possumus Christianos Smyrnenses tam cursim, tam frigide locu-

turos fuisse de undecim illis qui ex ea urbe martyrium erant passi. Vide infra § 19.

9. *ταῖς κατὰ πάντα τόπον*] Insignis haec Epistola rectissime dici potest *ἐγκύκλιος*, utpote ad varias Ecclesias, tam in Asia Minori vicinas, quam alibi in aliis provinciis, *κατὰ πάντα τόπον* transmissa; quas de iis solis, quae *κατὰ Πόντον* sitae erant, male interpretatur Eusebius; quum ad omnes Ecclesias, ubi Christianae religionis professio vigeat, per Orientem praecipue sparsas, debeat propagari, et extendi ab ipsis Philadelphensibus, quantum in ipsis erat, *τοῖς ἐπέκεινα ἀδελφοῖς* [§ 20] communicanda. SMITH.

ib. *τῆς ἀγίας καὶ καθολικῆς*] Cod. Vind. *τῆς ἀγίας καθολικῆς ἐκκλη-*

καὶ καθολικῆς ἐκκλησίας παροικίας, ἔλεος, εἰρήνη,
καὶ ἀγάπη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν
Ἰησοῦ Χριστοῦ πληθυνθείη.

Propositum scribendi de Martyribus, et de beato Polycarpo.

Christus Martyrum exemplar.

Α'. ΕΓΓΡΑΨΑΜΕΝ ὑμῖν, ἀδελφοὶ, τὰ κατὰ
τοὺς μαρτυρήσαντας, καὶ τὸν μακάριον Πολύκαρπον, 5
ὅστις ὡσπερ ἐπισφραγίσας τῇ μαρτυρίᾳ αὐτοῦ κατέ-
παυσε τὸν διωγμὸν. Σχεδὸν γὰρ πάντα τὰ προά-
γοντα ἐγένετο, ἵνα ἡμῖν ὁ Κύριος ἄνωθεν ἐπιδείξῃ τὸ
κατὰ τὸ εὐαγγέλιον μαρτύριον· περιέμενεν γὰρ ἵνα
παραδοθῇ, ὡς καὶ ὁ Κύριος, ἵνα μιμηταὶ καὶ ἡμεῖς 10
αὐτοῦ γενώμεθα, μὴ μόνον σκοποῦντες τὸ καθ' ἑαυ-
τοὺς, ἀλλὰ καὶ τὸ κατὰ τοὺς πέλας· ἀγάπης γὰρ
ἀληθοῦς καὶ βεβαίας ἐστίν, μὴ μόνον ἑαυτὸν θέλειν
σῶζεσθαι, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἀδελφούς.

Β'. Μακάρια μὲν οὖν καὶ γενναῖα τὰ μαρτύρια 15

σίας. Vide Ignat. Ep. ad Smyrn. § 8, atque ibi notata.

1. παροικίας.] Accipitur parochia vel late, pro tota dioecesi, ut apud Augustin. Epist. 261, [209 ed. Ben.] et hac significatione apud Christianos sequioris aevi denotabat territorium et regionem Episcopi ;.....vel stricte, pro districtu ecclesiarum quarumvis particularium ; quae significatio eo invaluit tempore, postquam nomen dioeceseos regionibus Episcopis assignatis tribui coepit. BOEHMER. Jus. Paroch. III iii 2.

3. πληθυνθείη.] Hujus Epistolae inscriptioni simillima est illa quae ab Ecclesia Gotthiae (apud Sym. Metaphrast.) de Martyrio S. Sabae inscripta est his verbis. 'Ecclesia Dei quae est in Gotthia, Ecclesiae Dei

' quae est in Cappadocia, et ' omnibus Ecclesiae Catholicae ' Christianis ubique gentium ' habitantibus, misericordia, pax ' et charitas Dei Patris et Domini nostri Jesu Christi impleatur.' HALLOIX.

4. ΕΓΓΡΑΨΑΜΕΝ] Aoristus respicit eos qui hanc Epistolam lecturi sunt, qualis temporum usus in epistolis Latinorum solennis est. Sic supra, p. 580 l. 4, προσετάξαμεν. Cf. I Cor. v 9, ἔγραψα ὑμῖν ἐν τῇ ἐπιστολῇ.

ib. τὰ κατὰ τοὺς] Ita Codd. Par. Vind. In Cod. Baroc. deest τὰ.

5. τὸν μακάριον] Μάκαρες et μακάριοι dicuntur mortui. Cornutus ad Pers. Sat. iii. Latini eodem modo utuntur beati voce. Ammian. Marcell. xxv 3, ' quem ' quum beatum fuisse Sallustius

et pax et amor Dei Patris ac Domini nostri Jesu Christi cum omnibus abundet in sacco.

I. **SCRIPSIMUS** vobis, fratres, de martyribus, et de beato Polycarpo, qui velut ^a signaculum fidei ^a per COTEL. persecutionem sedavit inimici. Omnia enim quae transacta sunt Domino auctore praedicta sunt, secundum Evangelium: in quo quid sequi deberemus ostendit. In quo se et tradi passus est et crucifigi ^b, ^b i. cruci. per quem nos liberaremur, affixi ^c. Aemulos nos ^c f. affigi. ergo sibi esse voluit; ac primus, virtute coelesti, injustorum justus obtemperavit imperio: dans scilicet secuturis viam, ut pius Dominus exemplum famulis se praebendo, ne onerosus praeceptor a quoquam putaretur. Pertulit ante illa, quae aliis perferenda mandavit: quo omnes ita formavit et docuit, ut non solum nos ipsos, sed etiam per nos Phil. ii 4. fratres singulos salvaremus.

II. Beatæ enim passiones coelestia tolerantibus

‘respondisset, praefectus intellexit occisum.’ MADER. Vide supra p. 528 l. 7, et conf. Heinen. ad Euseb. H. E. vi 46, Ittig. H. E. Sel. Capp. ii 200, et Routh. Rel. Sacr. i 186.

6. ἐπισφραγίσας] De Silvano Episcopo, Eusebius, [de Mart. Palaest. cap. 13,] ὡς ἂν ὕστατον γένοιτο παντὸς τοῦ κατὰ Παλαιστίνην ἀγῶνος ἐπισφράγισμα. In Actis Petri Martyris, καὶ γενέσθω τὸ ἐμὸν αἷμα σφραγίς, καὶ τέλος τοῦ διωγμοῦ τῆς ἡγαπημένης σοι ποιήσης [ap. Symeon. Metaphrast. Novemb. 25.] ad quem locum vide Anastasii Collectanea sub finem. [ap. Sirmond. Opp. iii 611.] Nec praeteribo elegantia verba Gregorii Nazianzeni sub persona Maccabac-

orum fratrum; [Orat. 22, Opp. i 404 ed. Paris. 1609.] καὶ ὁ πρῶτος ἔσται τοῖς ἄλλοις ὁδός, καὶ ὁ τελευταῖος σφραγίς ἀθλήσεως. COTEL. Wakius vertit, *who by his sufferings put an end to the persecution; setting as it were his seal to it.* Melius Dalmplius, *who appeased the persecution, sealing it up, as it were, with his testimony.*

ib. τῇ μαρτυρίᾳ] Eusebius, διὰ τῆς μαρτυρίας. USSER.

9. περιέμενεν γὰρ ἵνα παραδοθῆ,] Cod. Vindob. περιέμενεν γὰρ παραδοθῆναι, καθὼς καὶ ὁ Κύριος. Perperam Russel. περιέμεινεν.

12. κατὰ τοὺς πέλας.] Cod. Baroce. exhibet κατὰ τοῦ πέλας. Cod. Par. κατὰ τοὺς πλείονας. Cod. Vindob. κατὰ τοὺς παίδας.

πάντα τὰ κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ γεγονότα· δεῖ γὰρ εὐλαβεστέρους ἡμᾶς ὑπάρχοντας, τῷ Θεῷ τὴν κατὰ πάντων ἐξουσίαν ἀνατιθέναι. Τὸ γὰρ γενναῖον αὐτῶν, καὶ ὑπομονητικὸν, καὶ φιλοδέσποτον, τίς οὐκ ἂν θαυμάσειεν; οἱ μάλιστα μὲν καταξανθέντες, ὥστε 5
μέχρι τῶν ἔσω φλεβῶν καὶ ἄρτηριῶν τὴν τῆς σαρκὸς οἰκονομίαν θεωρεῖσθαι, ὑπέμειναν· ὡς καὶ τοὺς περι-
εστῶτας ἐλεεῖν καὶ ὀδύρεσθαι· τοὺς δὲ καὶ εἰς τοσοῦ-
τον γενναϊότητος ἐλθεῖν, ὥστε μήτε γρῦσαι μήτε στενάξαι τινὰ αὐτῶν, ἐπιδεικνυμένους ἅπασιν ἡμῖν, 10
ὅτι ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ βασανιζόμενοι τῆς σαρκὸς ἀπεδήμουν οἱ μάρτυρες τοῦ Χριστοῦ, μᾶλλον δὲ ὅτι παρεστῶς ὁ Κύριος ὠμίλει αὐτοῖς. Καὶ προσέχοντες τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι, τῶν κοσμικῶν κατεφρόνουσαν βασιάνων, διὰ μιᾶς ὥρας τὴν αἰώνιον κόλασιν 15

Martyrum cruciatus varii. Eorum mira patientia. Consolationes Divinae in tormentis.

1. κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ] Sic § 19 τὸ μαρτύριον...κατὰ τὸ εὐαγγέλιον Χριστοῦ. Cf. § 4 ad finem.

ib. δεῖ γὰρ] Ita Cod. Vindob. καὶ γὰρ εὐλαβεστέρους Codd. Barroce. et Par. sensu plane nullo. Cotelerius e conjectura χρή ad oram libri posuerat. Langbainius, probante Usserio, δεῖ aut simile quid addendum esse post ἀνατιθέναι jam monuerat.

3. ἀνατιθέναι.] Ita Cod. Vindob. Cod. Par. αὐτῷ ἀνατιθέναι. Cod. Barroce. ἀνατεθῆναι.

ib. Τὸ γὰρ γενναῖον αὐτῶν,] Cod. Par. Τὸ γὰρ γενναῖον αὐτοῦ. Cod. Vindob. Τὸ γὰρ γενναῖον, καὶ ὑπομονητικόν. κ. τ. λ.

4. φιλοδέσποτον,] ἀνδράποδα φιλοδέσποτα habet Herodotus, in 142, δῆμον φιλοδέσποτον Theognis, 849.

5. καταξανθέντες, ὥστε] Cod.

Vindob. καταξανθέντες τοσοῦτον ὥστε. Cf. Cyprian. Ep. 10 ed. Fell. ‘Steterunt torti torquentibus fortiores; et pulsantes ac laniantes ungulas pulsata ac laniata membra vicerunt. Inexpugnabilem fidem superare non potuit saeviens diu plaga repetita; quamvis, rupta compage viscerum, torquentur in servis Dei jam non membra, sed vulnera.’ Apud Int. Vet. p. 609 l. 12, *craticula*, Anglice *gridiron*, unde S. Laurentius *craticulatus* dicitur, uti docet Cangius in voc. Eusebius Emisenus in Homil. 4 de Epiphania: ‘Diverso itaque cruciatus genere hic verberibus dilaniatur, hic candenti craticula sacrificii more torretur.’ fol. 19 b ed. Gaigneio.

8. καὶ ὀδύρεσθαι.] Cod. Vindob. καὶ ὀδύρεσθαι αὐτοῦς.

regna parturiunt; et post contempta haec omnia, opes, honores, parentes, coronae consummatio plena martyrium est. Quid enim dignum tam pio Domino famulorum reddat obsequium; si majora constat pro servis Dominum, quam servos pertulisse pro Domino? Unde oportet doctiores nos redditos omnia cum timore narrare, et singulorum militum Christi fidelia devotionum trophaea, ut gesta constat, exponere; quo amore circa Deum fuerint, qua patientia cuncta pertulerint. Quis enim non tanta admiratione teneatur, dulcia fuisse singulis dirorum verbera flagellorum, craticulas, eculeos, flammam, ferientis amabile gaudium^c, et initia^d crepitantia tormenta flammarum? quum fluente utriusque lateris cruore, patefactis vitalibus omnia apparent interna membrorum: ut ipsa etiam corona popularis viso fleret tantae crudelitatis horrore, nec sine lacrimis posset aspiciere

c f. amabilem gladium.

d f. immitia vel immitium.

ib. τοὺς δέ] Ita Codd. Par. et Vindob. Cod. Barocc. τοῦ δέ.

9. μήτε γρύξαι] Ita dedi e Cod. Vindob. pro μήτε βρύξαι, lectione Codd. Par. et Barocc.

10. τινὰ αὐτῶν.] Ita Cod. Vindob. Codd. Par. et Barocc. τινὰ ἑαυτῶν.

11. ὅτι ἐν ἐκείνῃ] Praepositionem addidi e Cod. Vindob.

12. οἱ μάρτυρες τοῦ Χριστοῦ.] Ita Cod. Vindob. Cod. Barocc. οἱ μάρτυρες Χριστοῦ. Cod. Par. οἱ γενναϊότατοι μάρτυρες τοῦ Χριστοῦ.

p. 609 l. 13. eculeos] Cyprian. de Lapsis, 127 T ed. Fell. 'Quum durissimi iudicis recrudescente saevitia, jam fatigatum, jam lassum corpus, nunc flagella scinderent, nunc con- tunderent fustes, nunc equuleus extenderet, nunc ungula

'effoderet, nunc flamma tor-
'reret, caro me in colluctatione
'deseruit, infirmitas viscerum
'cessit, nec animus sed corpus
'dolore defecit.' Tertull. Apol.
§ 30, 'Sic ita nos ad Deum ex-
'pansos ungulae fodiant, cruce
'suspendant, ignes lambant,
'gladii guttura detruncent,
'bestiae insiliant, paratus est
'ad omne supplicium ipse ha-
'bitus orantis Christiani.'

13. ὁ Κύριος] ὁ Χριστός Cod. Paris. Cyprianus, ubi supra: 'Certamini suo adfuit [Chris-
'stus], proelatores atque as-
'sertores sui nominis erexit,
'corroboravit, animavit. Et
'qui pro nobis mortem semel
'vicit, semper vincit in vobis.'

14. τῶν κοσμικῶν] Cod. Par. καὶ τῶν κοσμικῶν.

ἐξαγοραζόμενοι· καὶ τὸ πῦρ ἦν αὐτοῖς ψυχρὸν τὸ τῶν ἀπηνῶν βασανιστῶν. Πρὸ ὀφθαλμῶν γὰρ εἶχον φυγεῖν τὸ αἰώνιον καὶ μηδέποτε σβεννύμενον πῦρ, καὶ τοῖς τῆς καρδίας ὀφθαλμοῖς ἀνέβλεπον τὰ τηρούμενα τοῖς ὑπομείνασιν ἀγαθὰ, ἃ οὔτε οὖς ἤκουσεν, 5 οὔτε ὀφθαλμὸς ἶδεν, οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη, ἐκείνοις δὲ ὑπεδείκνυτο ὑπὸ τοῦ Κυρίου, οἷπερ μηκέτι ἀνθρωποι, ἀλλ' ἤδη ἄγγελοι ἦσαν. Ὁμοίως δὲ καὶ εἰς τὰ θηρία κριθέντες ὑπέμειναν δεινὰς κολάσεις, κήρυκας μὲν ὑποστρωννύμενοι, καὶ ἄλλαις 10 ποικίλαις βασάνοις κολαφιζόμενοι, ἵνα, εἰ δυνηθείη, ὁ τύραννος διὰ τῆς ἐπιμόνου κολάσεως εἰς ἄρνησιν αὐτοὺς τρέψῃ.

1. ἐξαγοραζόμενοι] D. Paulus ad Col. iv 5, τὸν καιρὸν ἐξαγοραζόμενοι. Cf. Eph. v 16, Galat. iii 13, iv 5.

ib. τὸ τῶν ἀπηνῶν] In Cod. Par. τό non legitur.

3. μηδέποτε σβεννύμενον πῦρ,] Vocem πῦρ addidi e Cod. Vindob.

5. τοῖς ὑπομείνασιν] Cod. Par. τοῖς ὑπομένουσιν.

ib. οὔτε οὖς ἤκουσεν,] Ita Codd. Barocc. Vindob. Cod. Par. ordinem B. Pauli simplicius sequitur : οὔτε ὀφθαλμὸς ἶδεν, οὔτε οὖς ἤκουσεν. I Cor. ii 9.

7. ἐκείνοις δὲ ὑπεδείκνυτο] Cod. Vindob. exhibet ἐκείνοις δὲ καὶ ὑπεδείκνυτο.

ib. οἷπερ μηκέτι] Ita Cod. Barocc. Cod. Vindob. εἷπερ μηκέτι. Cod. Par. εἷπερ μὴ ἀνθρωποι.

8. Ὁμοίως δὲ καὶ] δὲ om. Cod. Paris.

9. ὑπέμειναν] Ita reposui e Codd. Vindob. et Par. Cod. Barocc. χρόνον, pro qua voce

ἔπαθον e conjectura dederat Patr. Junius. Veterem corruptamque lectionem ita vertit Wakius, *In like manner, those who were condemned to the beasts, and kept a long time in prison.*

10. κήρυκας] Rufinus *murices* vertit. Genus est marinae cochleae seu conchae, ejus mentio fit in veteri epigrammate Quinti cujusdam, ubi Damis piscator Apollini hujusmodi concham dedicat. VALESIIUS. Aristot. Hist. Anim. v 12, [3, Γίνονται αἱ πορφύραι περὶ τὸ ἔαρ, καὶ οἱ κήρυκες λίγοντος τοῦ χειμῶνος.] Oppian. Halieut. i 316, 329. HEINICHEN. In Glossis recte : *Murices, κήρυκες, πορφύρια*. Inde Latinis in re militari *murices* dicti, qui Graecis τρίβολοι vel σανίδες κεντρωταί. Haec Casaubonus, a Schweighaeusero indicatus ad Athenaeum viii 41, unde lulum Stratonici in ambiguitate vocis, μὴ ποτ'

quod fieri ipse ^e voluisset. Nullus tamen erat pa- ^{e ipsa Coll.}
 tientium martyrum gemitus, aut ejulatio aliqua
 vi doloris exorta ^f: ut ^g libenter suscipiebantur ^{f exorta}
 singula, ita fortiter tolerabantur accepta. Prae- ^{Coll.}
 sents enim Dominus, susceptam fidelium oblatio- ^{g sed ut}
 nem servorum respiciens, non solum aeternam ^{Coll.}
 vitam et illa quae solet devotis praestare ^h, sed ^{h f. praesti-}
 etiam doloris illius violentiam temperabat: scilicet ^{tit. Usser.}
 ne potentiam cruciatus corporis frangerent animi.
 Loquebatur enim cum illis Dominus, et expec-
 tator ⁱ ac roborator animorum: et praesentia me- ^{i f. specta-}
 debatur mala, et coronae illis coelestia, si perdu- ^{tor. Usser.}
 rassent, promittebat imperia. Inde iudicis ille
 contemptus: inde gloriosa patientia. Exui enim
 hac luce cupiebant; ut ad illa clara atque aeterna
 salutis habitacula, Domino iubente, transirent.
 Praeponebant vera falsis, terrenis sempiterna:
 morituris enim parabatur unius horae exitio gau-
 dium nulla vetustate periturum.

ἐπιβάς κήρυκι τὸν πόδ' ἀναπαρῶ,
 citavit Eustathius ad Iliad. φ
 p. 1324, 23 ed. Rom. De *mu-*
ricibus in re militari vid. Piti-
 scum, Lex. Antiq. Rom. Cod.
 Paris. exhibet, κολάσεις· ξίφη
 μὲν ὑποστρωννύμενοι. Cod. Vin-
 dob. κολάσεις· ξίφη τε ὑποστρων-
 νύμενοι. Apud Eusebium legi-
 mus, τοὺς ἀπὸ θαλάττης κήρυκας,
 καὶ τινὰς ὀξείας ὀβελίσκους ὑπο-
 στρωννυμένους. Cf. Tertull. Apol.
 § 12, 'Ungulis deraditis latera
 Christianorum.' Ruchatus ver-
 tit, *ayant été étendus sur des*
machines remplies de pointes de
fer. Figuras unguularum, pec-
 tinum ferreorum, aliorumque
 quibus Martyrum carnes discer-
 pebantur instrumentorum, pro-

posuit Aringhius, Roma Sub-
 terranea, vi 50. Ven. Beda de
 S. Felice Nolano, § 3, apud
 Surium. i p. 217, Januar. d.
 14, 'Fragmenta quoque testa-
 rum subter eum sterneban-
 tur, ne inter horrorem et
 frigora longae noctis ligatus,
 vel somnum vel requiem ca-
 pere aliquam, continuo horum
 acumine compunctus, sinere-
 tur.'

12. τῆς ἐπιμόνου] Ita recte
 Codd. MSti: ut in margine
 exemplaris sui correxit Pear-
 sonus lectionem plane vitiosam
 τῆς ἐπὶ μόνου, quam ex Usserio
 praestant libri impressi.

13. τρέψη.] Cod. Paris. στρέ-
 ψη.

Germani-
cus feris
traditur.
Ejus forti-
tudo.

Γ'. Πολλὰ γὰρ ἐμηχανᾶτο κατ' αὐτῶν ὁ διάβολος. ἀλλὰ χάρις τῷ Θεῷ· κατὰ πάντων γὰρ οὐκ ἴσχυσεν. Ὁ γὰρ γενναϊότατος Γερμανικὸς ἐπερρώνησεν αὐτῶν τὴν δειλίαν διὰ τῆς ἐν αὐτῷ ὑπομονῆς· ὃς καὶ ἐπισήμως ἐθηριομάχησεν. Βουλομένου γὰρ τοῦ ἀνθυπάτου 5 πείθειν αὐτὸν, καὶ λέγοντος τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ κατοικεῖραι, ἑαυτῷ ἐπεσπάσατο τὸ θηρίον προσβιασάμενος, τάχιον τοῦ ἀδίκου καὶ ἀνόμου βίου αὐτῶν ἀπαλλαγῆναι βουλόμενος. Ἐκ τούτου οὖν πᾶν τὸ πλήθος, θαυμάσαν τὴν γενναϊότητα τοῦ θεοφιλοῦς καὶ θεοσε- 10 βούς γένους τῶν Χριστιανῶν, ἐπεβόησεν· “ Αἶρε τοὺς “ ἀθέους! ζητείσθω Πολύκαρπος.”

Quidam,
nomine
Quintus,

Δ'. Εἰς δὲ ὀνόματι Κοίντος, Φρῦξ, προσφάτως ἐληλυθὼς ἀπὸ τῆς Φρυγίας, ἰδὼν τὰ θηρία ἐδειλίασεν.

2. κατὰ πάντων] Cod. Par. ὅτι κατὰ πάντων οὐκ ἴσχυσεν.

3. Γερμανικὸς] Ejus memoriam Jan. 19 Latinorum celebrant Martyrologia. USSER.

5. τοῦ ἀνθυπάτου] Nomen proconsulis habes infra, § 21. Lucius Stadius Quadratus proconsulatum Asiae gessisse legitur apud Aristidem, Orat. Sac. 4, i p. 336 ed. Jebb. Eundem hunc esse observat Valensius cum L. Statio Quadrato, qui consul fuit principatu Antonini Pii, A. U. C. 895. Vid. Philostrate. de Vit. Sophist. ii 7 p. 576 ed. Olear. Conferatur omnino Greswellius noster, *Dissertations on the Harmony of the Gospels*, vol. iv p. 532 sq. ed. 2dae.

6. λέγοντος] Ita dedi e Cod. Par. Libb. impr. cum Codd. Barocc. et Vindob. λέγειν. Veram lectionem jam viderat Patr. Junius. Vide infra § 9.

8. τάχιον] καὶ τάχιον Cod. Paris. ib. αὐτῶν] αὐτόν Cod. Vindob.

Eusebius, ὡς ἂν τάχιον τοῦ ἀδίκου καὶ ἀνόμου βίου αὐτῶν ἀπαλλαγείη.

10. θαυμάσαν] Ita e Codd. Vindob. et Par. reposui pro θαυμάσας, quo vitio libri omnes laborant, Cod. Barocc. scilicet, pressius quam oportebat, secuti. Eusebius, τὸ πᾶν πλήθος ἀποθαυμάσαν τῆς ἀνδρείας τὸν θεοφιλῆ μάρτυρα.

ib. θεοσεβούς γένους] Melito, Sardinum Episcopus, in Apologia ad Imp. Antoninum Verum, τὸ τῶν θεοσεβῶν γένος. Vid. ap. Euseb. H. E. iv 56. Cf. infra § 14, παντὸς τοῦ γένους τῶν δικαίων.

11. τοὺς ἀθέους!] An legit ἀφώους Int. Vet. ? ita interrogat Pearsonus. Sed proculdubio non Interpreti, sed librario vitiosa haec scriptura debet imputari. Ille enim postea haec ipsa verba bis per *Impios* tolle

III. Diabolus tamen multa machinatus est. Sed gratia Domino nostro Jesu Christo, qui contra omnes fidus servorum suorum defensor adsistit. Nam fortissimus Germanicus, et omni Deo mente devotus, incredulorum animos potentia suae virtutis exstinxit. Hic feris traditus, quum Proconsulis in se miserationem cerneret, et ab eo persuaderetur, ut saltem vel aetatem suam cogitaret, si alia forte in se contemneret omnia; dolentem in se inimicum aspernatus est, et dedignatus est veniam, quam suaderet injustus. Quare ipse ad se feram bestiam vocabat: festinans mature mundi hujus labe exui, vel iniquitate privari. His visis, vulgus universum, stupore confectum, Christianorum animum mirabatur intentius; et clamatum est: "Torqueantur innocentes: quaeratur Polycarpus."

IV. Tunc unus, incognitusⁱ nomine, Phrygius, ^{i Al. Coin-} superveniens forte de patria, pronus ad patien-^{tus, i. e.} tum, voluntate festinans, cruento judici se securus objecit. Sed voluntatem vicit infirmitas. Missis namque ad se feris, his aspectis timore percussus, coepit velle quod nolisset; et, conversa ad Dia-

reddit; et in exemplari suo Ruinartus reperit *Torqueantur nocentes*. Christianos ita appellabant efferi hi idololatrae, quia istorum fictitiis numinibus supplicare et sacrificare noluerint. SMITH. Justin. Mart. Apol. I vi p. 47 ed. Maran. Ἐνθένδε καὶ ἄθεοι κεκλήμεθα. Καὶ ὁμολογοῦμεν τῶν τοιούτων νομιζομένων θεῶν ἄθεοι εἶναι, ἀλλ' οὐχὶ τοῦ ἀληθεσπάτου, καὶ Πατρὸς δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης καὶ τῶν ἁλλων ἀρετῶν, ἀνεπιμύκτου τε κακίας

θεοῦ. ib. xiii p. 50, "Ἄθεοι μὲν οὖν ὡς οὐκ ἔσμεν, τὸν Δημιουργὸν τοῦδε τοῦ παντός σεβόμενοι, κ. τ. λ. De Atheismi crimine, veteribus Christianis agitato, conferatur Kortholtii Paganus Obtrektor, cap. x, necnon libellus ejusdem peculiaris, De Atheismo vett. Christianis ob templorum in primis aversationem, objecto &c.

13. Κόϊντος,] Cod. Vindob. Κυπτός, Φρὺξ τῷ γένει.

ib. προσφάτως] προσφάτος Cod. Barocc.

Phrygius, ultro se offerens persecutori, labitur. Improbantur qui sponte seingerunt.

Οὗτος δὲ ἦν ὁ παραβιασάμενος ἑαυτὸν τε καὶ τινὰς ἄλλους προσελθεῖν ἐκόντας. Τοῦτον ὁ ἀνθύπατος πολλὰ ἐκλιπαρήσας, ἔπεισεν ὁμοῦσαι καὶ ἐπιθῦσαι. Διὰ τοῦτο οὖν, ἀδελφοὶ, οὐκ ἐπαινοῦμεν τοὺς προδίδοντας ἑαυτούς· ἐπειδὴ οὐχ οὕτως διδάσκει τὸ εὐ- 5 αγγέλιον.

S. Polycarpus ab urbe secedit.

Ε'. Ὁ δὲ θαυμασιώτατος Πολύκαρπος, τὸ μὲν πρῶτον ἀκούσας οὐκ ἐταράχθη, ἀλλ' ἐβούλετο κατὰ πόλιν μένειν· οἱ δὲ πλείους ἔπειθον αὐτὸν ὑπέξελεθειν· καὶ ὑπέξηλθεν εἰς ἀγρίδιον οὐ μακρὰν ἀπέχον 10 ἀπὸ τῆς πόλεως, καὶ διέτριβε μετ' ὀλίγων νυκτὰ καὶ ἡμέραν, οὐδὲν ἕτερον ποιῶν ἢ προσευχόμενος περὶ πάντων, καὶ τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐκκλησιῶν, ὅπερ ἦν σύνηθες αὐτῷ. Καὶ προσευχόμενος ἐν ὄπτα-

1. καὶ τινὰς ἄλλους] Codd. Par. et Barocc. καὶ τινὰς.

2. ὁ ἀνθύπατος κ. τ. λ.] Alio ordine Cod. Vindob. ἐκλιπαρήσας πολλὰ ὁ ἀνθύπατος ἔπεισεν αὐτόν.

4. οὐκ ἐπαινοῦμεν] In his enarrantis, paullo liberius, nec satis fideliter versatus est Eusebius, metuens, opinor, ne Martyribus plurimis, qui se iudicibus, Deo instigante, obtulerunt, praedictum fieret. COTEL. En vero nobile prudentiae pariter ac pietatis Christianorum veteris Smyrnae specimen! qui in hac Epistola, Quinti, Phrygis, in ipso agone a Christiana fide turpissime deficientis, pusillanimitatem sub oculis ponentes, illorum, qui, nulla necessitate urgente, sese Magistratibus Ethnicis [obtulerunt], temeritatem, licet non penitus damnant, tamen approbare et laudare non sustinuerint; longe-

que aliud martyrii genus ab exemplo Christi docent ipsis proponendum. Ideo martyrion hoc S. Polycarpi, (qui, donec a satellitibus prehenderetur, prius fuga sibi consulens, περιέμενεν, i. e. aequo, sed tamen forti animo *expectavit*) appellant τὸ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον μαρτύριον· quod repetitur § 19, et ejusmodi [dicitur] esse, ut omnes boni, qui ad illam moriendi pro Christo gloriam adspirant, hac ex parte summa cum laude sequi possint. SMITH.

ib. προδίδοντας ἑαυτούς.] Cod. Vindob. προδίδοντας ἑαυτοῖς exhibet. Libb. impr. cum Codd. Barocc. et Par. praestant προσιώντας ἑαυτοῖς, quam lectionem e conjectura correxit Smithus, vel προδόντας vel προσδόντας ἑαυτούς. Langbainius, ex praecedentibus illis τινὰς προσελθεῖν ἐκόντας, legendum censuit προσ-

bolum voluntate, probare illud, ad quod venerat destruendum. Hunc itaque Proconsul multis pellationibus sacrificare persuasit. Ideo non eos, fratres, laudare debemus qui se ultro offerunt, sed eos qui inventi latentes in passione potius perseverant. Sic nos namque Evangelicus sermo confirmat, et hoc hortatur exemplo, quo cessisse videmus ultroneum, et vicisse compulsam.

V. Unde Polycarpus, vir eximiae prudentiae robustique consilii, his auditis latebram petiit. Nec tamen mente turbatus fugiebat haec, sed potius differebat: qui per singulas civitates ambulans, hortantes, ut celerius exiret, ac se quaerentibus aliqua ratione subtraheret, aspernatus, diutius morabatur. Tandem in agrum civitati proximum secedendum putavit. Ibi diebus ac

ίοντας έκόντως. Apud Clem. Rom. i 55 παραδεκωκότας έαυτούς.

5. ούχ ούτως] Jubet enim potius fugere ad aliam urbem, S. Matt. x 23, ita tamen ut si fugere non liceat, mors constanter feratur. CLERICUS. Cod. Vindob. τὸ ἄγιον εὐαγγέλιον.

7. Ὁ δὲ θαυμασιώτατος] Cod. Par. Ὁ δὲ θαυμάσιος. Cod. Vindob. Ὁ δὲ τίμιος καὶ θαυμασιώτατος.

8. κατὰ πόλιν] Cod. Vindob. κατὰ τὴν πόλιν. Int. Vet. sic emendavit et distinxit Smithus e Cod. Colbert. In ed. Usser. pro hortantes—subtraheret, aspernatus hortabatur ne &c. legimus subtraheret. Aspernatus &c. quasi ab hoc vocabulo sententia proxima incepisset.

10. καὶ ὑπέξηλθεν] Cod. Vindob. καὶ πεισθεὶς ὑπέξηλθεν εἰς τὸ ἀγρίδιον κ. τ. λ.

11. καὶ διέτριβε μετ' ὀλίγων]

Ita dedi e Cod. Par. Cod. Vindob. καὶ ἔτριβε μετ' ὀλίγων ἀδελφῶν. Libh. impr. cum Cod. Barocc. ἔτριβε μετ' ὀλίγων, ubi legendum monet Usserius vel μὲν ὀλίγων vel μετ' ὀλίγων. Eusebius habet διατρίβειν τε σὺν ὀλίγοις ἐνταῦθα.

12. οὐδὲν ἕτερον] Cod. Vindob. μηδὲν ἕτερον.

13. καὶ τῶν] καὶ om. in Cod. Paris.

14. ἐν ὄπτασι] Recte in Niphophoro reprehensus cernitur Eusebius, quod visionem hanc dormienti Polycarpo oblatam fuisse putaverit. CÔTEL. *Ecstasi quadam correptus inter precandum.* Eodem modo visionem hanc S. Polycarpo obtigisse fortasse dicendum est, quo illam S. Petro factam fuisse legimus in Actorum cap. x. SMITH. Visiones et dona prophetica a temporibus Apo-

Visio de
martyrio
suo ei ob-
lata.

σίᾳ γέγρονε πρὸ τριῶν ἡμερῶν τοῦ συλληφθῆναι αὐτόν· καὶ εἶδεν προσκεφάλαιον αὐτοῦ ὑπὸ πυρὸς κατακαίόμενον. Καὶ στραφεὶς εἶπεν πρὸς τοὺς συνόντας αὐτῷ προφητικῶς· “Δεῖ με ζῶντα καυθῆ-
“ ναι.”

5

Iterum mi-
grat.

5'. Καὶ ἐπιμενόντων τῶν ζητούντων αὐτὸν, μετέβη εἰς ἕτερον ἀγρίδιον, καὶ εὐθέως ἐπέστησαν οἱ ζητοῦν-
τες αὐτόν· καὶ μὴ εὐρόντες, συνελάβοντο παιδάρια δύο, ὧν τὸ ἕτερον βασανίζόμενον ὡμολόγησεν. Ἦν γὰρ καὶ ἀδύνατον λαθεῖν αὐτόν, ἐπεὶ καὶ οἱ προδίδον- 10
τες αὐτόν οἰκείοι ὑπῆρχον. Καὶ ὁ εἰρήναρχος, ὁ καὶ

A servulo
proditur.

stolorum permanserunt usque ad Cyprianum, si Dodwellium audias, Diss. Cyp. iv. Visionem nocturnam quae de passione sua Cyprianum admonuit narrat Pontius diaconus in Vita Cypriani, §§ 12, 13 ap. Ruinart. Act. Sinc. p. 211. Tu autem vide Thomam Jackson, *The Eternal Truth of Scriptures*, I xiii, i p. 82, Oxon. 1844.

1. πρὸ τριῶν ἡμερῶν] Cod. Barocc. πρὸ τῶν ἡμερῶν. Cod. Vindob. τοῦ συλληφθῆναι αὐτοῦ.

2. καὶ εἶδεν] Cod. Par. καὶ ἴδεν. Cod. Vindob. ἴδεν γὰρ τὸ προσκεφάλαιον αὐτοῦ.

4. “Δεῖ με κ. τ. λ.] Cod. Vindob. Ἀδελφοὶ καὶ τέκνα, δεῖ με κ. τ. λ. E Codd. Vindob. Par. Barocc. καυθῆναι restitui. Libb. impr. Usserium secuti, κατακαυθῆναι. Euseb. ὅτι δέοι αὐτὸν διὰ Χριστὸν πυρὶ τὴν ζωὴν μεταλλάξαι.

6. Καὶ ἐπιμενόντων] Eusebius, Ἐπικειμένων δὴ οὖν σὺν πάσῃ σπουδῇ τῶν ἀναζητούντων αὐτόν.

ib. τῶν ζητούντων] Saevitia aucta erat a temporibus Trajani et Hadriani, qui conquiri Christianos noluerunt. Sed ita

interpretabantur Rescripta Trajani et Hadriani ut conquirere liceret, si modo essent delatores ad eos palam accusandos parati. Re vera ita erant concepta, ut sic intelligi possent; et fortasse quidem data opera, ut ne deessent qui Christianis exitium crearent. CLERICUS.

7. καὶ εὐθέως ἐπέστησαν] Cod. Vindob. καὶ ἅμα τοῦ ἐπιναχωρηῆσαι ἐπέστησαν.

9. ὧν τὸ ἕτερον] Cod. Par. ὧν τὸ στερρον κ. τ. λ. Cod. Vindob. ἃ καὶ βασανίζόμενα ὡμολόγησαν.

ib. Ἦν γὰρ καὶ—ὑπῆρχον.] Haec ex interpolatoris manu esse censet Dalrymplius.

10. ἐπεὶ καὶ] Cod. Vindob. ἐπειδὴ καί.

ib. οἱ προδίδοντες αὐτόν] Cod. Par. om. αὐτόν.

11. ὑπῆρχον.] Caetera hujus pericopae non agnoscit Cod. Vindob. ubi legimus ὑπῆρχον ἔχοντες οὖν τὰ παιδάρια, κ. τ. λ.

ib. ὁ εἰρήναρχος,] Irenarchae munus erat, seditiosos homines et pacis publicae turbatores comprehendere, et praemissis notoriis ad tribunalia iudicium

noctibus sine intermissione orationi impendendo operam, Dei implorabat auxilium, quo fortior esset in poena. Signum tamen, ante triduum quam comprehenderetur, revelationis accepit. Intuebatur cervicalem capitis sui flamma ambiente circumdari. Expergefactus itaque sanctissimus senex, vix adhuc stratis gravia membra subtraxerat, et ait his, qui cum eo erant, ignibus se cremandum.

VI. Ecce in alium agrum forte concesserat: statim quaerentes eum adfuerunt custodes. Sed quum ab his ille investigari non posset, uno ex his etiam verberato, latebram confessione infans aperuit. Nec enim ipse celari poterat, quem

perducere, ut docet Augustinus, Epist. cxl et clix. [? clix et cx, sc. Epp. 133 et 134 ed. Bened.] Hinc est quod Herodes, Irenarcha Smyrnaeorum, Polycarpum hic vehiculo suo excepisse dicitur, quem scilicet per satellites suos inquiri et comprehendi jusserat. Creabantur autem Irenarchae ex corpore curiae, ut indicat Lex 49 in Cod. Theodos. de Decurionibus, in qua *Praepositi Pacis* dicuntur, [i p. 409 ed. Gothofred. et Ritter.] in Epistolis Libanii *ἄρχοντες τῆς εἰρήνης*. [Τοῦτον εὐρών τῆς εἰρήνης φύλακα. Ep. 446 p. 225 ed. Wolf.] Theodosius junior in Oriente penitus eos abolevit. [tom. iv p. 647.] VALESIIUS. Videntur restituti a Justiniano, Vid. ejus Cod. Lib. x Tit. 75, de Irenarchis. [Irenarchae qui ad provinciarum tutelam, quietis ac pacis per singula territoria faciunt stare concordiam, a decurioni-

bus, judicio praesidum provinciarum idonei nominentur.] CLERICUS. Apud Asianos, et hisce ipsis de quibus nunc agimus temporibus, Irenarchas deligendi quis mos fuerit, in Sacra Orat. iv [p. 338 ed. Jebb.] ita explicat, qui tum apud eos vixit, Aristides: Ἐπέμπετο τοῖς ἡγεμόσι κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἀφ' ἐκάστης πόλεως, ἐκάστου ἔτους, ὀνόματα δέκα ἀνδρῶν τῶν πρώτων ταῦτα ἔδει σκεψάμενον τὸν ἡγεμόνα, ἓνα ὃν προκρίνεται ἐξ ἀπάντων, καθιστάναι φύλακα τῆς εἰρήνης. Ubi notandum, 1^o. totius provinciae proprie dictae Asiae Praesidem: licet sub eo alius quoque liberis Asiae civitatibus praefuerit. 2^o. In unaquaque Asiae civitate constitutum fuisse unum, cujus munus erat *προσστήναι τῆς εἰρήνης* (ut paullo post Aristides loquitur) *paci praeesse*, eumque annum creatum fuisse; quem magistratum in urbe Smyrnensi

κληρονόμος τὸ αὐτὸ ὄνομα, Ἡρώδης ἐπιλεγόμενος, ἔσπευδεν εἰς τὸ στάδιον αὐτὸν εἰσαγαγεῖν· ἵνα ἐκεῖνος μὲν τὸν ἴδιον κλῆρον ἀπαρτίσῃ, Χριστοῦ κοινωνὸς γενόμενος· οἱ δὲ προδόντες αὐτὸν, τὴν αὐτοῦ τοῦ Ἰούδα ὑπόσχοιεν τιμωρίαν.

5

Perquiri-
tur.

Ζ'. Ἐχοντες οὖν τὸ παιδάριον, τῇ παρασκευῇ, δέιπνον ὄρα, ἐξῆλθον διωγμῖται καὶ ἰππεῖς, μετὰ τῶν συνήθων αὐτοῖς ὄπλων, “ὡς ἐπὶ ληστήν” τρέχοντες. Καὶ ὀψὲ τῆς ὄρας συναπελθόντες, ἐκείνον μὲν εὖρον ἐν τινι δωματίῳ κατακείμενον, ἐν ὑπερώῳ· κα- 10
κείθεν ἡδύνατο εἰς ἕτερον χωρίον ἀπελθεῖν, ἀλλ’ οὐκ ἐβουλήθη, εἰπών· “Τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ γενέσθω.” Ἀκούσας δὲ αὐτοὺς παρόντας, καὶ καταβάς, διελέχθη

Recusat a-
lio fugere.

hoc anno Herodes gesserit. US-
SER. Neander, *der Polizeiaufseher*.

1. κληρονόμος] Herodes ille, tunc temporis simul εἰρηναρχος et κληρονόμος ἐπιλεγόμενος, i. e. electus et constitutus, sive a Proconsule, sive a populo, (ita enim verba haec distinguenda censeo, ὁ καὶ κληρονόμος, τὸ αὐτὸ ὄνομα Ἡρώδης,) festinabat S. Polycarpum in arena sistere. Male hic positum arbitror κληρονόμος pro οἰκονόμος sive ἀγορανόμος. Isthoc enim tempore ille aliud munus publicum prae-ter εἰρηναρχίαν, quae unico anno terminabatur, videtur gessisse. Haec non intellexit Interpres, qui Irenarcham et Herodem diversos facit. SMITH. Cod. Par. exhibet ὁ κεκληρωμένος τὸ αὐτὸ ὄνομα. Has voces ὁ καὶ κληρονόμος τὸ αὐτὸ ὄνομα, glossematis speciem, iudice Dresselio, prae se ferentes, sicco pede prae-terit Ruchatus. Wakius vertit,

So the officer who is called Cle-ronomos. Chevallier. So the keeper of the peace, who was also magistrate elect. Apud Demosth. c. Midiam § 8 exponunt κληρονόμοι τῆς δίκης, qui loco alterius satisfactionem ab aliquo violatore repetere debent, ad quos devolutum est jus poenas repetendi. Cf. Orat. c. Androt. κληρονόμον γάρ σε καθίστησιν ὁ νόμος τῆς ἀτιμίας τῆς τοῦ πατρός. i p. 603, Orat. Graec. ed. Reisk.

ib. τὸ αὐτὸ ὄνομα,] Ὅνομα, ut saepius, *munus, officium, honor.* HEFELIUS.

4. τὴν αὐτοῦ τοῦ Ἰούδα] Ita Codd. Barocc. et Par. non τὴν αὐτοῦ Ἰούδα, uti in Russelii libro. Melius forsitan τὴν αὐτῆν. Pro ὑπόσχοιεν Cod. Barocc. prae-stat ὑπόσχυν.

6. τὸ παιδάριον,] Cod. Vindob. τὰ παιδάρια. Lectioni Codd. Barocc. et Par. favet Int. Vet. necnon Eusebius, παίδων, ὧν θά-τερον αἰκισαμένους, ἐπιστήναι δι-

passio ipsa posebat. Proditores ejus domestici, S. Matt. x
Irenarcha et Herodes festinabant in arenam eum 36.
citius exhibere, ut et ille Christi, finita passione,
sit socius; et proditores, exemplo Judae, poenam
quam merentur, accipiant.

VII. Habentes itaque infantulum, ante sabba-
tum, hora ipsius coenae egressi sunt, Polycarpum
perquirentes, cum equorum magna copia vel ar-
morum: quasi vero non servum Christi compre-
henderent, sed latronem. Invenerunt eum nocte
in tegulis se prementem. Fuerat quidem trans-
grediendi in alium agrum facultas: sed jam fessus
ostendere se maluit quam celare, dicens: "*Com-* Act. xxi 14.
pleatur voluntas Dei: quamdiu voluit ille, dis-
tuli; et quando jussit, optavi." Visis itaque

αὐτοῦ τῇ τοῦ Πολυκάρπου κατα-
γωγῇ.

ib. τῇ παρασκευῇ,] *die Sab-
batum proxime praecedenti.* Cf.
S. Luc. xxiii 54, S. Johan. xix
31.

7. δείπνον ὄρα,] Codd. Vin-
dob. et Par. secutus sum. Cod.
Barocc. ὄραν.

ib. διωγμίται] Erant hi levis
armaturae milites ad perse-
quendos et capiendos latrones
comparati. VALESIUS. Wa-
kius vertit, *the serjeants*; Dal-
rympleus, *the peace-officers*;
Chevall. *the officers*; Ruchatus,
des ministres de la persécution.
διωγμῆται exhibent Codd. Ba-
rocc. et Vindob. διωγμίται Cod.
Par. Scripturam διωγμίται ve-
riorem esse statuit Dindorfius,
ad calcem literae Δ in nova
Thesauri editione.

8. "ὡς ἐπὶ ληστῆν"] Cod. Vin-
dob. ὡς ἐπὶ ληστῆ.

9. συναπελθόντες,] Cod. Par.
καταλάβοντες. Codd. Barocc. et

Vindob. scripturam, ex Euse-
bii lectione ἐπελθόντες, correxit
Usserius συναπελθόντες, probante
Smitho.

10. κατακείμενον, ἐν ὑπεράφῳ]
Ita Cod. Vindob. Codd. Par. et
Barocc. κατακείμενον ὑπεράφῳ.

ib. κἀκείθεν] Cod. Vindob. κἀ-
κείθεν δέ.

11. εἰς ἕτερον χωρίον] *in aliud
praedium* Cotel. et Hefelius.
Rectius, ut mihi quidem vide-
tur, quam eruditissimus Nean-
der, qui intelligit Polycarpo
licuisse e tecto, non uti apud
nos fastigato, sed Orientalium
more aedificandi plano, in do-
mum proximam transire.

12. τοῦ Θεοῦ] Cum Codd.
Vindob. et Paris. facit Int.
Vetus. Cod. Barocc. τοῦ Κυρίου.

13. Ἀκούσας δὲ αὐτοῦ] Ita
Codd. Vindob. et Par. melius,
ut opinor, quam Codd. Barocc.
Ἀκούσας οὖν τοὺς παρόντας.

ib. καὶ καταβάς,] καὶ om. in
Cod. Paris.

αὐτοῖς· θαυμαζόντων τῶν παρόντων τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ καὶ τὸ εὐσταθές, καὶ ὅτι τοσαύτη σπουδῇ ἐχρήσαντο τοῦ συλληφθῆναι τοιοῦτον πρεσβύτην ἄνδρα.

Satellites convivio excipit.

Εὐθέως οὖν αὐτοῖς ἐκέλευσε παρατεθῆναι φαγεῖν καὶ πιεῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, ὅσον ἂν βούλωνται· ἐξητήσατο 5 δὲ αὐτοὺς, ἵνα δώσωσιν αὐτῷ ὥραν πρὸς τὸ προσεύξασθαι ἀδεῶς. Τῶν δὲ ἐπιτρεψάντων, σταθεῖς προσηύξατο, πλήρης ὢν τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, οὕτως ὥστε ἐπὶ δύο ὥρας μὴ δύνασθαι σιωπῆσαι, καὶ ἐκπλήττεσθαι τοὺς ἀκούοντας, πολλοὺς τε μετανοεῖν ἐπὶ τῷ 10 ἐλληλυθῆναι ἐπὶ τοιοῦτον θεοπρεπῆ πρεσβύτην.

Orat.

In urbem ducitur.

“ σου σήμερον ἐν θυσίᾳ πίονι καὶ προσδεκτῇ, καθὼς
“ προητοίμασας καὶ προεφανέρωσας καὶ ἐπλήρωσας,
“ ὁ ἀψευδὴς καὶ ἀληθινὸς Θεός. Διὰ τοῦτο καὶ 20
“ περὶ πάντων αἰνῶ σε, εὐλογῶ σε, δοξάζω σε,

‘them to have no such mis-
‘trust of him, was tied but
‘with one; who, if he had not
‘been tied at all, yet, no doubt,
‘would have no less answered
‘to that great patience of Po-
‘lycarpus.’

1. ἀσάλευτον] Eusebius, ἀσκέλ-
τως. Vide supra p. 572 l. 4.

3. ἔδησαν] Euseb. προσέδη-
σαν.

4. ‘Ο δὲ] Cod. Vindob. ‘Ο δὲ
ἄγιος Πολύκαρπος.

5. ἐπίσημος] ἀναφερόμενος in
Eusebio, *assumptus* in Rufino,

additur: pro quo ἡτοιμασμένον
hic postea subjicitur. USSER.
Sic in Martyr. Ignat. § 2, ὥσ-
περ κριὸς ἐπίσημος, ἀγέλης καλῆς
ἡγούμενος.

6. ὀλοκάρπωμα] A Graecis
Intt. חֲבִיבָה non per ὀλοκαύτωμα
solum redditur, sed interdum
etiam per ὀλοκάρπωμα: ut Lev.
i 14, xvi 24. USSER. Cod.
Vindob. ὀλοκαύτωμα.

ib. τῷ Θεῷ—οὐρανὸν,] Pro his
in Eusebio tantum habetur Θεῷ
παντοκράτορι. USSER.

7. “ Κύριε ὁ Θεὸς ὁ παντοκρά-

“ ipsum tolerabilem faciet voluntati ignem arden-
“ tem.”

XIV. Itaque ferro illum nemo vinxit : sed post
tergum ligatis manibus, ut devotus [ad] altaria,
praesentis passionis limen ingressus est. Tunc
sidera coelumque respiciens, dixit : “ Deus ange-
“ lorum, Deus archangelorum, resurrectio nostra
“ solutioque peccati, rector elementorum omnium
“ et totius habitaculi, omne justorum genus qui
“ in conspectu tuo vivunt protegens : te benedico,
“ tibi serviens, qui me dignum hac passione dux-
“ isti, ut percipiam partem coronamque martyrii,
“ initium calicis, per Jesum Christum in unitate
“ Spiritus Sancti : ut, completo sacrificio istius
“ diei, promissa tuae veritatis accipiam. Ob hanc
“ rem te benedico in omnibus, et glorior, per aeter-
“ num Pontificem omnipotentem Jesum Christum :

τωρ,] Desunt ista in Eusebio et
Rufino. USSER.

8. ὁ τοῦ ἀγαπητοῦ] Cod. Par.
ὁ τοῦ ἀγαπητοῦ σου καὶ εὐλογητοῦ
κ. τ. λ. Cod. Vindob. ὁ τοῦ ἀγα-
πητοῦ παιδός σου Ἰησοῦ Χριστοῦ
πατῆρ.

9. παιδός] Hoc nomen, non
ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, adhibetur infra,
p. 642 l. 2, p. 654 l. 9. Cf.
S. Matt. xii 18, Act. iii 13, 26,
iv 27, 30.

ib. δι' οὗ] Omittuntur hae
voces in Cod. Par.

10. ὁ Θεὸς ἀγγέλων] ὁ Θεὸς ὁ
ἀγγέλων Cod. Barocc.

11. τῆς κτίσεως,] Cod. Vin-
dob. καὶ πάσης κτίσεως δημιουργός.

13. τῆς ἡμέρας κ. τ. λ.] Cod.
Vindob. τῆς ὥρας ταύτης καὶ ἡμέ-
ρας.

14. λαβεῖν με μέρος] Cod. Ba-
rocc. λαβεῖ. Cod. Vindob. τοῦ

λαβεῖν με μέρος καὶ κλῆρον ἐν
κ. τ. λ. Pronomina με et σου
non agnoscit Eusebius.

15. τοῦ Χριστοῦ σου,] σου om.
Cod. Par. In animo habebat
S. Pater S. Matt. xx 22, xxvi
39, S. Marc. x 38.

17. προσδεχθεῖην] Cod. Vin-
dob. προσδεχθείμεν. Cod. Ba-
rocc. προσδεχθείη.

19. προεφανέρωσας] Patefeca-
rat enim ei Deus fore, ut Chri-
sti causa combureretur, quod
nunc impletum videbat. CLE-
RICUS.

20. ὁ ἀψευδὴς κ. τ. λ.] Cod.
Par. om. ὁ. Cod. Vindob. ὁ
ἀψευδὴς Θεὸς καὶ ἀληθινός.

21. εὐλογῶ σε,] Cod. Par. καὶ
εὐλογῶ σε. Conferatur Hymnus,
Gloria in excelsis, quem hodie
usurpat Ecclesia nostra Angli-
cana, ad finem Ordinis ad-

“ σὺν τῷ αἰωνίῳ καὶ ἐπουρανίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ, ἀγα-
 “ πητῷ σου παιδί· μεθ’ οὗ σοι καὶ Πνεύματι Ἁγίῳ ἢ
 “ δόξα καὶ νῦν καὶ εἰς τοὺς μέλλοντας αἰῶνας. Ἀμήν.”

Ignis, tam-
 quam navis
 velum cor-
 pus Mar-
 tyris cir-
 cumdat.

ΙΕ'. Ἀναπέμφαντος δὲ αὐτοῦ τὸ Ἀμήν, καὶ πλη-
 ρώσαντος τὴν εὐχὴν, οἱ τοῦ πυρὸς ἄνθρωποι ἐξῆψαν 5
 τὸ πῦρ. Μεγάλῃ δὲ ἐκλαμψάσης φλογὸς, θαῦμα
 μέγα εἶδομεν οἷς ἰδεῖν ἐδόθη· οἱ καὶ ἐτηρήθημεν, εἰς
 τὸ ἀναγγεῖλαι τοῖς λοιποῖς τὰ γενόμενα. Τὸ γὰρ πῦρ
 καμάρας εἶδος ποιήσαν, ὥσπερ ὀθόνη πλοίου ὑπὸ
 πνεύματος πληρουμένη, κύκλῳ περιετείχισε τὸ σῶμα 10
 τοῦ μάρτυρος. Καὶ ἦν μέσον οὐχ ὡς σὰρξ καιομένη,
 ἀλλ' ὡς ἄρτος ὀπτώμενος, ἢ ὡς χρυσὸς καὶ ἄργυρος
 ἐν καμίνῳ πυρούμενος· καὶ γὰρ εὐωδίας τισαύτης

ministrandae Coenae Domini, quem legas apud Const. Apost. vii 47, αἰνοῦμέν σε, ὑμνοῦμέν σε, εὐλογοῦμέν σε, δοξολογοῦμέν σε, κ. τ. λ.

1. σὺν τῷ αἰωνίῳ—ἢ δόξα] Praepositiones apud Eusebium immutatae leguntur: διὰ τοῦ αἰωνίου ἀρχιερέως Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀγαπητοῦ σου παιδός· δι' οὗ σοι σὺν αὐτῷ Πνεύματι Ἁγίῳ, κ. τ. λ. Quod in Arianorum favorem factum suspicari quis posset: nisi et a nostro Interprete ita locus redditus; *per aeternum Pontificem* &c. et a Rufino, *per aeternum Deum et Pontificem Jesum Christum, dilectum Filium tuum: per quem et cum quo, tibi cum Spiritu Sancto, gloria.* USSER.

2. μεθ' οὗ] Vide infra § 21.

3. καὶ νῦν] καὶ non agnoscit Cod. Vindob.

ib. εἰς—αἰῶνας.] Cod. Par. εἰς αἰῶνας τῶν αἰῶνων.

4. τὸ Ἀμήν,] Cf. 1 Cor. xiv 16,

Euseb. H. E. vii 9. Vox Ἀμήν repetita fraudi fuit Cod. Vindob. scriptori, apud quem, his omis- sis, legimus, ... εἰς τοὺς μέλλοντας αἰῶνας. Ἀμήν. Καὶ πληρώσαντος αὐτοῦ κ. τ. λ. E verbo Ἀναπέμφαντος Valesius colligit, ipsam quidem precationem submissa voce a B. Patre pronunciatam fuisse; *Amen* vero edita voce prolatum. At jure objicit Clericus, non potuisse preces ab iis qui aderant Christianis audiri et aliis referri, si submissa voce eas fudisset Polycarpus. Hoc potius significari vult Heinichenius, illud *Amen* ad Deum esse quodam modo missum, Deo *oblatum*; qua de re fere solemne est verbum. Vid. Suicer. in voc. Ἀναπέμπειν.

ib. πληρώσαντος τὴν εὐχὴν,] Cod. Vindob. πληρώσαντος αὐτοῦ τὴν εὐχὴν.

5. οἱ τοῦ πυρὸς ἄνθρωποι] Cod. Vindob. Οἱ τοῦ πυρὸς ἐργάται καὶ ἄνθρωποι.

“ per quem tibi, et cum ipso, et cum Spiritu Sancto,
 “ gloria nunc et in futurum in saecula saeculorum.
 “ Amen.”

XV. Completa itaque oratione, flammaque supposita, quum usque ad coelum tolleretur incendium, miraculi novitas repentina processit: illis videntibus quos videre jusserat coeleste mandatum, ut possint caeteris ostensa narrare. Curvus namque in littora arcus apparuit, in aliquantam latitudinem cornua utraque flectendo, velum navis imitatus: qui martyris corpus molli velabat amplexu, ne aliquid ex sanctis artubus flamma vastaret. Ipsum autem corpus, ut panis grata decoctio vel argenti et auri, qui conflato pulchro colore resplendens singulorum juvabat aspectum.

7. μέγα εἶδομεν] In Eusebio vox μέγα non habetur. USSER. Codd. ἴδομεν. Barocc. μέγαν ἴδομεν.

ib. ἐτηρήθημεν,] Apud Euseb. ἐτηρήθησαν.

8. Τὸ γὰρ πῦρ] Quod ignis fornicis praebens speciem steterit, id causis physicis tribui posse censet Dalrympleus. Rogus scilicet in medio erat aedificii forma ovali exstructi, sedilibus spissis undique surgentibus. Epistolam nostram totam irridet Miltonus, *Discourse on Prelatical Episcopacy*; ita tamen ut hunc locum non sine spiritu quodam poetico vertat; *The fire, when it came to proof, would not do his work; but, starting off like a full sail from the mast, did but reflect a golden light upon his unviolated limbs, exhaling such a sweet odour as if all the incense of Arabia had been burning.*

9. ὡσπερ ὀθόνη] Eusebius in genitivo habet ὀθόνης et πληρουμένης. Rufinus, *specie quasi veli navis vento sinuati*. USSER. Cod. Barocc. πλοιοί.

ib. ὑπὸ πνεύματος] ὑπὸ ἀνέμου Cod. Vindob.

10. κύκλω περιετείχισε] περιετείχισεν κύκλω Cod. Vindob.

11. Καὶ ἦν μέσον] Καὶ ἦν μέσον τοῦ πυρὸς Cod. Vindob. καὶ ἦν εἰς μέσον οὐχ. Euseb.

12. ἄρτος ὀπτώμενος, ἢ ὡς] Non habentur ista in Eusebio, vel Rufino. USSER.

13. καὶ γὰρ εὐωδίας] καὶ γὰρ καὶ εὐωδίας Cod. Vindob. Huic fragrantiae, quae in narratione Ecclesiae Smyrnenensis nihil miraculosi sibi arrogat, objicit Middletonus, *Free Inquiry into the Miraculous Powers*, p. 125, postquam hunc in modum verba Epistolae torserat; ‘*And so sweet a smell issued from him all the while.*’ Exstittisse

ἀντελαβόμεθα, ὡς λιβανωτοῦ πνέοντος, ἢ ἄλλου τινὸς τῶν τιμίων ἀρωμάτων.

Gladio confoditur.

Ις'. Πέρας οὖν ἰδόντες οἱ ἄνομοι, οὐ δυνάμενον αὐτοῦ τὸ σῶμα ὑπὸ τοῦ πυρὸς δαπανηθῆναι, ἐκέλευσαν προσελθόντα αὐτῷ κομφέκτορα παραβῦσαι ξιφίδιον. 5 Καὶ τοῦτο ποιήσαντος, ἐξῆλθε περιστερὰ καὶ πλήθος

quidem fragrantiam affirmant Smyrnaei; e corpore autem Polycarpi eam effluxisse non dicunt. Neque mirum, uti monuerunt tum Jortinus tum Dalrymplius, quum sarmenta e balneis, officinis, ergasteriisque raptim comportata fuerant, si ligna nonnulla interessent odorata et aromatica. Conf. notata ad εὐωδιαν ὀδωδότες τὴν Χριστοῦ in Epistola Viennensium et Lugdunensium, ap. Routh. Rel. Sacr. i 347.

1. ἀντελαβόμεθα,] Sic et Eusebii Savilianus. USSER.

3. Πέρας] *denique, tandem*; adverbialiter positum, ut apud Barnabae Epist. § 10, Πέρας γέ τοι λέγει αὐτοῖς ἐν τῷ Δευτερονομίῳ. Cf. §§ 5, 12, 15, 16. Ad das Demosthen. Orat. in Dionysodorum, p. 1285 ed. Reisk. Cod. Vindob. Πέρας γοῦν, ut apud Eusebium.

ib. οὐ δυνάμενον αὐτοῦ κ. τ. λ.] In Martyrologio quoque Romano, Jan. 29, ab igne minime laesus fuisse Polycarpus dicitur. Indeque Romae in Ecclesia S. Stephani in Coelio, adscripta illi cernitur Siracidiae ista sententia, Ecclesiastic. li 6, *In medio ignis non sum aestuatus*: subjecto etiam, in eam sententiam, hoc epigrammate:

Phoenicem si quis medio miretur in igne Emori, et exstructo se reparare rogo. Obstupeat, Polycarpe, avidas tibi parcere flammās.

Non ausas sacra te violare face. Mille nitent taedae, rutilantque hic inde favills, Atque in te Dominum, quem colis ipse, colunt. Praemia nunc majora tibi sed reddit Olympus, Ignea qui pedibus subjicit astra tuis.

USSER.

4. ἐκέλευσαν] Cod. Par. ἐκέλευσε.

5. προσελθόντα αὐτῷ] προσελθόντα αὐτὸ Cod. Barocc.

ib. κομφέκτορα] Latinum hoc vocabulum retinuit quoque Eusebius; et ex Rufino etiam Ado et Notkerus in suis Martyrologiis. In Glossis Basilicorum a Labbaeo editis, Κομφάκτωρ, κατασκευαστής exponitur. USSER. ΚΟΜΦΑΚΤΟΡΕΣ, κομφέκτωρες. Confectores, Qui bestias in Amphitheatro conficiebant; si quando enim bestiae efferatae stragem populo minarentur, ii immittebantur qui eas conficerent, ac occiderent: ἀναιρεταί in Gloss. Lat. Gr. CANGIUS, in Gloss. Med. et Infim. Graecit. Cod. Vindob. exhibet. κομφαίκτορα παραβῦσαι.

ib. ξιφίδιον.] ξίφη· δίων καὶ Cod. Barocc. Euseb. τὸ ξίφος.

6. ποιήσαντος,] Cod. Par. ποιήσαντες.

ib. ἐξῆλθε περιστερὰ] De hac columba ne verbum quidem legitur apud Eusebium, sicut nec apud Rufinum, nec denique Nicephorum, qui post A. D. 1341 obiit, et prodigiis narrandis

Odor etiam thuris aut myrrhae, aut pretiosi alieujus unguenti, tractum nidorem totius fugabat incendii.

XVI. Quum hoc itaque peccatoribus fuisset ostensum, ut intelligerent eum non posse comburi: praeceperunt congestorem ignis accingi, gladium-
culum sancto corpori injicere, illis etiam sancto probato. Quumque hoc ita fuisset effectum, ecce subito fluente sanguinis copia, columba processit

adeo deditus erat, ut a Vossio Plinius Theologicus appellaretur. Nihil de columba exstat in Cod. Pratellensi (i. e. in bibliotheca Abbatiae apud *Preaux* in Normannia conservato) neque in Cod. Carmelitarum Excalceatorum Parisiensium, quos ambo contulit Ruinartus, quum versionem veterem Latinam hujus Epistolae ederet. In Codd. tamen Baroce. Par. et Vind. verba ista ἐξήλθε περιστέρα καὶ πλῆθος αἵματος in eadem serie cum caeteris descripta exhibentur. Quod opinabatur Lemoynius, Lucianum, fabula ista de vulture e rogo Peregrini exeunte producta, Christianorum credulitati illudere voluisse, quasi hoc miraculum in martyrio S. Polycarpi contigisse pro-na fide admisissent, et res illa, prout Acta haec narrant, familiari in suis congressibus sermone ab ipsis vulgaretur, id comprobat Denzingerus, p. 88; Smithus vero nulli fundamento inniti, et plane incertissimum esse contendit, veteribus, sive Graecis sive Latinis, omnino obmutescentibus, neque ulla traditione, ne levissima quidem, de hoc portento apud illos servata. Neque melioris frugis

est sententia quam Smithus ipse profert; lectorem scilicet quempiam, insubide et praeter debitum morem pium, sui Codicis margini, ad augendum tum miraculum, tum sanctissimi Martyris apud posteros famam, vocem *περιστέρα* apposuisse; et hac *σημειώσει* alluisse ad ritus ab Augusto apud Romanos olim institutos, quorum solennis in Imperatorum *ἀποθεώσει* erat usus, in quibus maxime obtinuit, ut accensa pyra aquila dimitteretur, coelum versus avolutura. Middletonus suspicatur Christianos Smyrnenses, nescio quo pravo hunc ritum imitandi studio, per malum dolum fecisse ut emitteretur columba e rogo. Lemoynius, emendationum et annotationum juxta feracissimus, veram scripturam consecutus esse sibi visus est legendo ἐξήλθ' ἐπ' ἀριστερά; quam quidem conjecturam, a Schmidio probatam, Dissert. de Fabulis in Hist. Eccl. Saec. ii p. 17, ita correxit Jortinus, ἐξήλθεν ἐπ' ἀριστερά. Ruchatus scribendum censuit, ἐξήλθεν περὶ στερνὰ πλῆθος αἵματος. Editor Bibliothecae Bremensis, Cl. iii p. 429, conjicit, περὶ στερέων, circa medias co-

Sanguinis
copia ignis
extingui-
tur.

αἵματος, ὥστε κατασβέσαι τὸ πῦρ, καὶ θαυμάσαι
πάντα τὸν ὄχλον, εἰ τοσαύτη τις διαφορὰ μεταξὺ τῶν
ἀπίστων καὶ τῶν ἐκλεκτῶν· ὧν εἷς καὶ οὗτος γέγονει
ὁ θαυμασιώτατος μάρτυς Πολύκαρπος, ἐν τοῖς καθ'
ἡμᾶς χρόνοις διδάσκαλος ἀποστολικὸς καὶ προφητικὸς 5
γενόμενος, ἐπίσκοπός τε τῆς ἐν Σμύρνη καθολικῆς
ἐκκλησίας. Πᾶν γὰρ ῥῆμα ὃ ἐξαφῆκεν ἐκ τοῦ στό-
ματος αὐτοῦ, καὶ ἐτελειώθη καὶ τελειωθήσεται.

Martyris
corpus ne
rapiant
Christiani,
agunt in-
stantque
Judaei.

IZ'. Ὁ δὲ ἀντίζηλος καὶ βάσκανος πονηρὸς, ὁ
ἀντικείμενος τῷ γένει τῶν δικαίων, ἰδὼν τό τε μέγεθος 10
αὐτοῦ τῆς μαρτυρίας, καὶ τὴν ἀπ' ἀρχῆς ἀνεπίληπτον
πολιτείαν, ἐστεφανωμένον τε τῷ τῆς ἀφθαρσίας
στεφάνῳ, καὶ βραβεῖον ἀναντίρρητον ἀπεννεγμένον,
ἐπετήδευσεν ὡς μηδὲ τὸ λείψανον αὐτοῦ ὑφ' ἡμῶν

stas ; Vid. Jul. Poll. in voc. vel
περὶ στέρνικος, vel denique περὶ
στέρνου vel περὶ στέρνων. Nihil
nos morantur conjectura auda-
cissima Whistonī reponentis
περισσεία ὕδατος καὶ πλῆθος αἵμα-
τος, neque Allani correctio satis
inficeta, περισσεία καὶ πλῆθος αἵ-
ματος. Heumannus, in Exam.
Fabulae de Columba e Poly-
carpi rogo evolante, statuit mo-
nachos, qui in vitis Episcopo-
rum enarrandis persaepe com-
memorant supra caput ipsorum
ad Episcopatum electorum ap-
paruisse columbam, hoc prodig-
io Acta nostra auxisse, eo quod
Spiritus Sanctus, sub columbae
specie, e Polycarpi corpore una
cum anima discesserit, hoc sig-
no testatus Polycarpum verum
fuisse episcopum. Pionium in
hunc locum columbae prodig-
ium infercisse suspicatur Dal-
rymplius. Mihi quidem longe
verisimilius videtur lectorem

quempiam in animo habuisse,
ad oram codicis notare locum
Epistolae ubi animam suam ef-
flavisse traditur Polycarpus :
ideoque, mori Ecclesiae veteris
obsecutum, vocem *περιστέρα*
margini adscripsisse, qua scilicet
significaret animam B. Mar-
tyris illo temporis momento e
corpore liberatam, sub colum-
bae specie ad coelum evolasse.
Proxime huc faciunt Prudentii
versus, Hymn. in laudem Eula-
liae virginis, 160. sq.

Emitat inde columba repens,
Martyris os nive candidior
Visa relinquere et astra sequi.
Spiritus hic erat Eulaliae
Lacteolus, celer, innocuus.

Saeplissime Christiani vocaban-
tur columbae ; saeplissime in
monumentis Christianorum
vetustis occurrit nomen columba-
rum, uti fuse docet Mamachius,
Orig. et Antiq. Christ. I ix 4,
tom. i p. 66. Columbarum
imagines Christianorum sepul-

de corpore; statim sopitum cruore cessit incendium. Tunc populus totus obstupuit; atque omnibus inter justos et injustos quanta esset probata discretio est; et quid esset praecipuum: etiamsi non est secutum vulgus, quod certum tamen constat, agnovit. Tali itaque Polycarpus, sanctae Smyrniensium magister Ecclesiae, passionis munus implevit: semper quaecunque ei revelata fuisse constat, impleta sunt.

XVII. Diabolus tamen, qui justorum semper inimicus est, quum perspexisset et vim Martyris, et magnitudinem passionis impletam, inreprehensibilem omnem vitam et meritum majus in morte, hoc excogitavit, ut corpus ejus a nostris non possit

chris frequenter insculptae sunt. Cf. Aringhii Roma Subterranea, VI xlv 9.

1. κατασβέσαι] Sic translate ap. Cyprian. Ep. x, p. 21 ed. Fell. 'Fluebat sanguis, qui incendium persecutionis exstingueret, qui flammam et ignem gehennae glorioso cruore sopiret.'

2. εἰ τοσαύτη κ. τ. λ.] εἰ τὸ σαύτη τῆς διαφορᾶ Cod. Barocc. Reliqua hujus capituli ita leguntur in Cod. Vindob. τῆς τοσαύτης διαφορᾶς τῶν τε πιστῶν καὶ τῶν ἀπίστων καὶ οὕτως ἐτελειώθη ὁ ἅγιος ἱεράρχης καὶ ἔνδοξος μάρτυς τοῦ Χριστοῦ, Πολύκαρπος, τῇ εἰκάδι τρίτῃ τοῦ Φεβρουαρίου μηνός. Ὁ δὲ ἀντίζηλος κ. τ. λ. uti in § 17.

3. γεγόνει] Cod. Barocc. γεγόνει. Cod. Par. ἐγεγόνει. Libb. impr. Eusebium secuti, γέγονεν.

4. ὁ θανασιώτατος] Cod. Par. ὁ θανάσιος. Voces μάρτυς Πολύκαρπος desunt apud Eusebium.

6. ἐπίσκοπός τε] τε om. Eusebius. Cod. Par. exhibet ἐκκλησίας τῆς καθολικῆς.

8. καὶ ἐτελειώθη] Has voces om. Cod. Par. Apud Eusebium Strothius legit ἐτελέσθη.

9. Ὁ δὲ ἀντίζηλος] Cod. Par. Ὁ δὲ ἀντίδικος.

ib. ὁ ἀντικείμενος] Cf. Clem. Rom. i § 51. Cod. Vindob. exhibet, καὶ ποικίλος δαίμων ὁ πάντοτε ἀντικείμενος καὶ βδελυττόμενος τῷ γένει κ. τ. λ.

11. ἀνεπίληπτον] Cod. Barocc. ἀνεπίληπτον. Cod. Par. ἀνεπίληπτον αὐτοῦ πολιτείαν. Cod. Vindob. καθάραν καὶ ἀνεπίληπτον πολιτείαν.

12. τῷ τῆς ἀφθαρσίας] Cod. Barocc. ἐστεφανωμένον τὸν τῆς ἀφθαρσίας. Cod. Vindob. τὸν τῆς ἀφθαρσίας καὶ δικαιοσύνης στέφανον. Infra § 19, τὸν τῆς ἀφθαρσίας στέφανον ἀπολαβόν.

13. βραβείον] Cf. Clem. Rom. i § 5, p. 26 l. 2. Ambros. Exhort. Virginitatis, cap. 14, 'Hic lueta, illic braviūm.'

ib. ἀναντίρητον] Cod. Barocc. ἀναντίρητον.

14. ὡς μηδὲ τὸ λείψανον] Cod. Vindob. ὡς μηδὲ τὸ τίμιον αὐτοῦ

ληφθῆναι, καίπερ πολλῶν ἐπιθυμούντων τοῦτο ποιῆσαι, καὶ κοινωνῆσαι τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ σαρκίῳ. Ὑπέβαλε γοῦν Νικήτην τὸν τοῦ Ἡρώδου πατέρα, ἀδελφὸν δὲ Ἀλκης, ἐντυχεῖν τῷ ἄρχοντι, ὥστε μὴ δοῦναι αὐτοῦ τὸ σῶμα ταφῆ· “μὴ,” φησὶν, “ἀφέντες τὸν 5
 “ἐσταυρωμένον, τοῦτον ἄρξωνται σέβεσθαι.” Καὶ ταῦτα εἶπον, ὑποβαλλόντων καὶ ἐνισχυόντων τῶν Ἰουδαίων, οἳ καὶ ἐτήρησαν, μελλόντων ἡμῶν ἐκ τοῦ πυρὸς λαμβάνειν· ἀγνοοῦντες ὅτι οὔτε τὸν Χριστὸν ποτε καταλιπεῖν δυνησόμεθα, τὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ παν- 10
 τὸς κόσμου τῶν σωζομένων σωτηρίας παθόντα, [ἄμωμον ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν,] οὔτε ἕτερόν τινα σέβεσθαι. Τοῦτον μὲν γὰρ, Υἱὸν ὄντα τοῦ Θεοῦ, προσ-

Christus adorandus atque colendus; Martyres vero, ejus discipuli et imitatores, honorandi

λείψανον κ. τ. λ. Cod. Par. ὡς καὶ τὸ λείψανον αὐτοῦ μὴ ὑφ' ἡμῶν ληφθῆναι. Apud Eusebium, ὡς μηδὲ τὸ σωματίον αὐτοῦ ὑφ' ἡμῶν ληφθῆναι. Cf. Mart. Ignat. § 6, διὰ τῆς συλλογῆς τοῦ λειψάνου.

1. ἐπιθυμούντων] Cod. Vindob. ἐνθυμούτων.

2. κοινωνῆσαι] Ex genuinis vetustissimisque Actis Martyrum satis liquet, Christianos, praesertim ab ineunte secundo saeculo, in Martyrum sive membrorum discerptis, sive ossibus, sive cineribus, aliisque reliquiis colligendis diligenti opera usos, ea in cryptis locisque tutis reposuisse. Inde illorum coemeteria frequentabant, memoriamque anniversaria κατὰ τὴν τοῦ μαρτυρίου αὐτῶν ἡμέραν γενέθλιον solennitate celebrabant; quod hi Smyrnenses, se, recurrente die natali S. Polycarpi sui, facturos hic mox spondent. SMITH.

ib. τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ σαρκίῳ] Cod. Par. τῷ ἁγίῳ σαρκίῳ αὐτοῦ. Σαρκίον, corpusculum, Plutarch. in Bruto, § 8, tom. v 362 ed.

Reisk. M. Antoninus, de Rebus Suis, ii 2, “Ὅτι ποτὲ τοῦτό εἰμι, σαρκία ἐστὶ καὶ πνευμάτιον, καὶ τὸ ἡγεμονικόν. Cf. τὸ ὀπίον, S. Marc. xiv 47. Quamdiu in hoc corpuseculo sum. Hieron. Praef. in Daniel. Quum corpusculum tuum siguas. Tertull. ad Ux. ii 5.

3. γοῦν] Cod. Par. γὰρ. Cod. Vindob. Ὅθεν ὑπέβαλεν ὡς δεινὸς καὶ μισάγιος ὁ ποιηρὸς. Euseb. Ὑπέβαλον γοῦν τινές.

4. δὲ Ἀλκης,] Euseb. δὲ Δάλκης, vel, ut MS. Savilianus habet, δ' ἄλκης. In Rufino est *Dalcae*; in nostro Interprete *Alces*, multo rectius. *Alce* enim notum satis est mulieris inter Smyrnaeos nomen, vel ex illa Ignatii salutatione, in Epistola ad eosdem. [§ 13, et Ep. ad Polyc. § 8.] USSER. Cod. Medic. Euseb. Δάλβης scriptum habet. Nicephorus autem Δάρκης. Heinichenius, cum Strothio, Ἀλκης in textum recepit. Vide supra p. 474 l. 5.

ib. ἐντυχεῖν] Est *adire ad*

aufferri; quanvis multi essent qui sanctis ejus optarent communicare generibus^z. Summisit namque Nicetem, patrem Herodis, fratrem vero Alces, interpellare Rectorem, ut reliquiae ejus negarentur omnibus Christianis; adserens quod, relictis omnibus, huic fundenda esset oratio singulorum: itaque summittentibus Judaeis, quum voluissent auferre eum de flamma. Ignorantes, quia nunquam Christum relinquere possumus Christiani, qui pro peccatis nostris pati tanta dignatus est, neque alteri cuiquam preem orationis impendere. Hunc namque Dei Filium adoramus et colimus:

^z 1. cine-
ribus.

petendum. COTEL. Cod. Barocc. εὐτυχεῖν.

ib. τῶ ἄρχοντι,] Euseb. τῶ ἡγεμόνι, i. e. *Proconsuli.* USSER.

5. αὐτοῦ τὸ σῶμα] αὐτοῖς τὸ σῶμα Cod. Par.

ib. ταφῆ] Hanc vocem om. Codd. Par. et Vindob. neque eam agnoscit Eusebius. Pro μὴ Cod. Vindob. μήποτε.

6. ἀρξῶνται σέβεσθαι.] Cod. Barocc. ἀρξονται. In suspicionem fere similem Paganis venerunt Martyrum reliquiae in Persecutione Diocletiana, ut tradit Eusebius, H. E. viii 6, τοὺς δέ γε βασιλικούς μετὰ θάνατον παῖδας, γῆ μετὰ τῆς προσηκούσης κηδείας παραδοθέντας, ἀθις ἐξ ὑπαρχῆς ἀνορούσαντες ἐναπορρίψαι θαλάσῃ καὶ αὐτοὺς ᾤοντο δεῖν οἱ νενομισμένοι δεσπότηται, ὡς ἂν μὴ ἐν μνήμασιν ἀποκειμένους προσκυνοῖεν τινες, θεοὺς αὐτοῦς, ὡς γε ᾤοντο, λογιζόμενοι.

7. εἶπον,] Ita Libb. impr. cum Eusebio. Codd. εἰπών, quam lectionem praetulit Usserius. Legendum forsitan εἶπεν.

ib. τῶν Ἰουδαίων,] Articulum restitui e Cod. Par.

8. ἐτήρησαν,] Cod. Vindob. ἐτήρουν.

ib. ἐκ τοῦ πυρὸς] Cod. Par. οἱ καὶ ἐτήρησαν ἐκ τοῦ πυρὸς αὐτὸν μελλόντων ἡμῶν λαμβάνειν. Cod. Vindob. μελλόντων ἡμῶν ἐκ τοῦ πυρὸς τοῦτο λαμβάνειν quibus verbis proxime sequuntur Ἴδὼν ὁ κεντυρίων κ. τ. λ. quae ad init. § 18. Apud Eusebium, μελλόντων ἡμῶν ἐκ τοῦ πυρὸς αὐτὸν λαμβάνειν.

10. ποτε καταλείπειν] Ita cum Euseb. Cod. Barocc. nisi quod καταλείπειν exhibeat. Cod. Par. καταλείπειν πώποτε.

12. [ἄμωμον ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν,] Parenthesis ista neque in Eusebio habetur, neque in Rufino, neque in Vetere nostro Interprete. USSER. Interpolata fuisse videtur a librario quopiam qui in animo habebat verba B. Petri, I iii 18, δίκαιος ὑπὲρ ἀδίκων.

ib. σέβεσθαι,] Euseb. σέβειν. Cum Smyrnensis vero Ecclesiae doctrina hic tradita, convenit et illa Augustini, in Lib. de Vera Religione, cap. 55. [cap. 108, tom. i p. 786 ed. Ben.] ‘Non sit nobis religio

et diligendi. κυνοῦμεν· τοὺς δὲ μάρτυρας, ὡς μαθητὰς καὶ μιμητὰς τοῦ Κυρίου, ἀγαπῶμεν ἀξίως, ἕνεκα εὐνοίας ἀνυπερβλήτου τῆς εἰς τὸν ἴδιον βασιλέα καὶ διδάσκαλον· ὧν γένοιτο καὶ ἡμᾶς συγκοινωνοὺς τε καὶ συμμαθητὰς γενέσθαι.

5

Corpus in medio ignis exustum.

Christiani ossa martyris colligunt, decenterque deponunt.

ΙΗ'. Ἴδὼν οὖν ὁ [ἐκατόνταρχος] κεντυρίων τὴν τῶν Ἰουδαίων γενομένην φιλονεικίαν, θεῖς αὐτὸν ἐν μέσῳ τοῦ πυρὸς ἔκαυσεν. Οὕτω τε ἡμεῖς ὕστερον ἀνελόμενοι τὰ τιμιώτερα λίθων πολυτελῶν καὶ δοκιμώτερα ὑπὲρ χρυσίου ὅσα αὐτοῦ, ἀπεθέμεθα ὅπου καὶ ἀκόλουθον ἦν· ἔνθα ὡς δυνατὸν ἡμῖν συναγομένοις ἐν ἀγαλλιάσει καὶ χαρᾷ, παρέξει ὁ Κύριος ἐπιτελεῖν τὴν τοῦ μαρτυρίου αὐτοῦ ἡμέραν γενέθλιον,

‘cultus hominum mortuorum : quia, si pie vixerunt, non sic habentur ut tales quaerant honores ; sed illum a nobis coli volunt, quo illuminante laetantur meriti sui nos esse consortes. Honorandi ergo sunt propter imitationem, non adorandi propter religionem.’
 USSER. Binghamius conferre jubet responsum Eulogii diaconi, qui una cum Fructuoso Episcopo suo mortem pro Christo subibat. Quum Praefectus interrogaret num et ipse Fructuosum post mortem vellet colere, clara voce respondebat : *Ego Fructuosum non colo sed Deum colo, quem et Fructuosus.*
 ap. Baron. A. D. 262 num. 62. Orig. Eccles. XXIII iv 9.

2. ἀγαπῶμεν ἀξίως,] Patet inde luculentissime illo tempore nondum divinum cultum martyribus tributum esse. Egregie Isidorus Pelusiota, Epist. i 189, Καλὸν μὲν τὸ τιμᾶν τοὺς μάρτυρας τῆς εὐσεβείας τοῖς ἀναθήμασι,

κρεῖττον δὲ τὸ θεραπεύειν αὐτοὺς οἷς ἐποίησαν κατορθώμασιν. Similiter Chrysostomus, apud Phot. Bibl. Cod. 274, Ἐγκωμιάζονται μάρτυρες, οὐχ ἵνα αὐτοὶ τὸν ἔπαινον λάβωσιν, ἀλλ' ἵνα ἡμεῖς διὰ τῶν ἐπαινῶν διαναστῶμεν πρὸς τὴν μίμησιν. HEINICHEN.

4. συγκοινωνοὺς] Ita Cod. Par. cum Eusebio. Cod. Barocce. κοινωνοὺς τε κ. τ. λ.

6. κεντυρίων] Fasti Siculi perriocham hanc ita exprimunt ; τοῦ κεντυρίωνος τὴν τῶν ἐπισυναχθέντων Ἰουδαίων καὶ Ἐθνικῶν φιλονεικίαν θεασαμένου, τεθεῖς ὑπ' αὐτῶν ἐν μέσῳ, ἐκάη ζῶν. USSER. Usserius, quem sequitur Smithus, vocem κεντυρίων rejicit, uti recentioris aevi vocabulum. Cod. Vindob. vocem ἐκατόνταρχος non agnoscit.

ib. τὴν τῶν Ἰουδαίων] Articulum ante τῶν Ἰουδαίων, quem e Cod. Vindob. restitui, non agnoscunt Codd. Barocce. et Par. Legitur autem tum apud Eusebium, tum apud Fastos Siculos.

ejus tamen Martyres, ut discipulos fideles et devotos milites, honorifice ac libenter amplexamur; oramus etiam, ut nos socii ipsorum et condiscipuli esse mereamur.

XVIII. Contentione itaque nostra et Judaeorum, Centurio posuit corpus in medium. Nos collegimus, ut aurum gemmanque pretiosam, et sepulturae ossa mandavimus. Conventus itaque alacriter factus, ut praecipit Dominus, ad diem natalemque martyrii.

7. *θείς αὐτόν*] Cod. Vindob. *θείς τὸ σῶμα τοῦ ἁγίου μάρτυρος.*

8. *τοῦ πυρός*] Pro hoc apud Eusebium legitur, *ὡς ἔθος αὐτοῖς.* In Rufino et Fastis Siculis neutrum habetur. USSER.

ib. *ἔκανσεν.*] Cod. Vindob. *τέκανσεν αὐτό· τότε ἡμεῖς κ. τ. λ.*

9. *δοκιμώτερα*] Cod. Par. *δοκιμωτέρων.* Cod. Barocc. *δοκιμώτερα ὑπὲρ χρυσίων.* Cf. S. Luc. xvi 8, *φρονιμώτεροι ὑπὲρ τοῦς υἱοὺς τοῦ φωτός.*

10. *ὅπου καὶ ἀκόλουθον ἦν*] Non addunt nomen loci, ne si forte hae literae ad improborum manus pervenirent, reliquiae Sancti Viri refoderentur. CLERICUS. Clericum sequitur Dalrymple; neque tamen cur hoc statuendum sit satis video. Pagani enim Smyrnae degentes hanc Epistolam non lecturi erant; Christianis autem ad quos scribebant locus erat ignotus. Cod. Barocc. praestat *ἀποθέμεθα ὅπου καὶ ἀκολουθεῖν ἦν* Cod. Vindob. *ἀπεθέμεθα εἰς ὃν ἠδόκησεν ὁ Θεὸς τόπον· ὅπου καὶ ἀκόλουθον ἦν.* Polycrates, Episc. Ephesinus tempore Antoninorum: *ἔτι δὲ καὶ Πολύκαρπος ἐν Σμύρνῃ καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς·*

[*κεκοίμηται.*] ap. Routh. Rel. Sacr. ii p. 14.

13. *τὴν τοῦ μαρτυρίου κ. τ. λ.*] Maximinus, vel quicumque auctor fuit Libri iii Commentariorum in Job, Origeni perperam adscriptorum: 'Nos non nati-
' vitatis diem celebramus, cum
' sit dolorum atque omnium
' tentationum introitus; sed
' mortis diem celebramus, ut-
' pote omnium dolorum depo-
' sitionem, atque omnium ten-
' tationum effugationem. Diem
' mortis celebramus, quia non
' moriuntur hi, qui mori vi-
' dentur.' Petrus Chrysologus, Sermone cxxix in S. Cyprianum martyrem: 'Natalem
' sanctorum cum auditis, cha-
' rissimi, nolite putare illum
' dici, quo nascuntur in terram
' de carne; sed de terra in
' coelum, de labore ad requiem,
' de tentationibus ad quietem,
' de cruciatibus ad delicias non
' fluxas sed fortes et stabiles et
' aeternas, de mundanis visibus
' ad coronam et gloriam. Tales
' natales digne Martyrum cele-
' brantur.' De quibus et ipse Cyprianus, Epist. 27, ad Presbyteros et Diaconos Ecclesiae

Ejus memoria recollitur.

εἰς τε τὴν τῶν ἠθληκῶτων μνήμην, καὶ τῶν μελλόντων ἄσκησίν τε καὶ ἐτοιμασίαν.

Cum B. Polycarpo alii martyrium passi. Ille tamen praecipue celebratur, et a Gentilibus.

ΙΘ'. Τοιαῦτα τὰ κατὰ τὸν μακαρίον Πολύκαρπον, ὃς σὺν τοῖς ἀπὸ Φιλαδελφίας δωδέκατος ἐν Σμύρνη μαρτυρήσας, μόνος ὑπὸ πάντων μνημονεύεται, ὥστε 5 καὶ ὑπὸ τῶν ἐθνῶν ἐν παντὶ τόπῳ λαλεῖσθαι· οὐ μόνον διδάσκαλος γενόμενος ἐπίσημος, ἀλλὰ καὶ μάρτυς ἕξοχος· οὐ τὸ μαρτύριον πάντες ἐπιθυμοῦσιν μιμῆσθαι, κατὰ τὸ εὐαγγέλιον Χριστοῦ γενόμενον. Διὰ τῆς ὑπομονῆς γὰρ καταγωνισάμενος τὸν ἄδικον 10 ἄρχοντα, καὶ οὕτως τὸν τῆς ἀφθαρσίας στέφανον ἀπολαβὼν, σὺν τοῖς ἀποστόλοις καὶ πᾶσι δικαίοις ἀγαλλιώμενος, δοξάζει τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, καὶ εὐλογεῖ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Σωτῆρα τῶν ψυχῶν ἡμῶν, καὶ κυβερνήτην τῶν σωμάτων 15 ἡμῶν, καὶ ποιμένα τῆς κατὰ τὴν οἰκουμένην καθολικῆς ἐκκλησίας.

Carthaginensis : ' Dies eorum, quibus excedunt, adnotate, ut commemoraciones eorum inter memorias Martyrum celebrare possimus.' USSER. Cultum religiosum reliquiis in veteri Ecclesia exhiberi haud permissum fuisse, nisi post tempora Augustini, docet Bingham. ubi supra, p. 648 l. 12.

ib. ἡμέραν γενέθλιον.] Cod. Vindob. γενέθλιον ἡμέραν. Cod. Par. ἡμέραν γενέσθαι.

1. τῶν ἠθληκῶτων] Eusebius, τῶν προηθληκῶτων. Rufinus, *Sed et cum eo eorum memorias qui prius passi fuerant celebramus; ut sequentium animi ad praecessorum viam (vel vitam) exemplis insignibus suscitentur.* USSER. Cod. Vindob. εἰς τε τὴν αὐτοῦ μνήμην. Cod. Par. εἰς

τε τῶν προηθληκῶτων ἡμῖν καὶ τῶν κ. τ. λ.

4. δωδέκατος] Eusebius habet δώδεκα : consentientibus etiam Rufino, Nicephoro, nostro Vet. Int. et Latinorum omnibus Martyrologiis ad Jan. 26. USSER. Ap. Eusebium, Stroth. et Heinichen. exhibent δώδεκα τοῖς ἐν Σμύρνη μαρτυρήσασιν.

5. ὑπὸ πάντων] Euseb. ὑπὸ πάντων μᾶλλον μνημονεύεται.

6. τόπῳ λαλεῖσθαι:] Quae sequuntur ommissa sunt ab Eusebio propterea quod ad institutum ipsius parum facere videbantur, et quia in alio opere integram Epistolam retulerat, in libro scilicet de Antiquis Martyrum Passionibus. VALESIUS.

ib. οὐ μόνον] Perperam e voce

XIX. Talia circa beatum Polycarpum acta sunt : cum his qui ex Philadelphia fuerunt duodecim, martyrium Smyrna^a videtur implesse. Solus tamen inter caeteros culturae meruit principatum. Martyrium ergo excelsum sustinet, et Magister adhuc vocatur a populo. Hunc omnes optemus, secundum exemplum Domini nostri Jesu Christi, qui persecutionem vicit Rectoris injusti, et corruptionis coronam fugata peccatorum nostrorum morte suscepit. Cum Apostolis et omnibus justis alacriter benedicamus Deum et Patrem omnipotentem, et Dominum nostrum Jesum Christum, salvatorem animae nostrae, gubernatorem corporum, et pastorem Catholicae totius Ecclesiae, et Spiritum Sanctum per quem cuncta cognoscimus.

^a f. Smyrnae, vol. in Smyrna.

S. Johan. xiv 26, xvi 13.

μόνος proxime praeunte Cod. Barocc. οὐ μόνος. Cod. Vindob. οὐ μόνον γάρ, quam conjunctionem mox infra omittit. Male in Wakii et Chevall. Verss. connectuntur haec cum praecedentibus, tamquam apud Paganos quoque Polycarpus appellatus esset *martyr eximius*; quem ad modum ap. Int. quoque Veterem.

8. μάρτυς ἔξοχος.] Cod. Vindob. μάρτυς τίμιος καὶ ἔξοχάτατος.

10. Διὰ τῆς ὑπομονῆς γάρ] γάρ om. Codd. Par. et Vindob.

12. ἀποστόλοις] Cod. Vindob. ἀποστόλοις καὶ μάρτυσι.

13. ἀγαλιώμενος,] Cod. Barocc. ἀγαλιώμενος.

14. τὸν Κύριον] Articulum om. Cod. Par.

ib. Ἰησοῦν—ψυχῶν ἡμῶν,] Haec in Cod. Par. leguntur, quae, ex Int. Vet. et σωμαίων

quae sequitur antithesi, addenda esse viderunt Usserius et Smithus. Cod. Vindob. exhibet Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν κηδεμόνα καὶ σωτήρα τῶν ψυχῶν κ. τ. λ.

16. καθολικῆς ἐκκλησίας.] Vide supra, p. 464 l. 7. Post haec subjungit Cod. Vindob. καὶ τὸ πανάγιον καὶ ζωοποιὸν Πνεῦμα ὄθεν καὶ ἡμεῖς ἅπαντες τὸν μὲν Χριστὸν προσκυνοῦμεν, ὡς Υἱὸν ἀληθινὸν ὄντα τοῦ Θεοῦ· τοὺς δὲ μάρτυρας, ὡς μιμητὰς καὶ μαθητὰς τοῦ Κυρίου ἀγαπῶμεν ἀξίως· ὡν γένεσις καὶ ἡμῶν πάντας σὺνκοινωνούς (sic. συγκοι alia manus alio atramento ad oram Codicis) αὐτῶν γενέσθαι, καὶ ἐπιτυχεῖν τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, σὺν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν. Caetera, usque ad Epistolae finem, non agnoscit Cod. Vindob.

Epilogus
Epistolae.

Κ'. Ὑμεῖς μὲν οὖν ἠξιώσατε διὰ πλείονων δηλω-
θῆναι ὑμῖν τὰ γενόμενα· ἡμεῖς δε κατὰ τὸ παρὸν ἐπὶ
κεφαλαίῳ μεμηνύκαμεν διὰ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν Μάρ-
κου. Μαθόντες οὖν ταῦτα, καὶ τοῖς ἐπέκεινα ἀδελ-
φοῖς τὴν ἐπιστολὴν διαπέμψασθε, ἵνα καὶ ἐκείνοι 5
δοξάζωσιν τὸν Κύριον, τὸν ἐκλογὰς ποιοῦντα ἀπὸ τῶν
ιδίῳν δούλων. Τῷ δυναμένῳ πάντας ἡμᾶς εἰσαγα-
γεῖν ἐν τῇ αὐτοῦ χάριτι καὶ δωρεᾷ εἰς τὴν αἰώνιον
αὐτοῦ βασιλείαν, διὰ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ τοῦ μονο-
γενοῦς Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα, τιμὴ, κράτος, 10
μεγαλωσύνη, εἰς αἰῶνας. Ἀμήν. Προσαγορεύετε
πάντας τοὺς ἀγίους· ὑμᾶς οἱ σὺν ἡμῖν προσαγορεύ-
ουσι, καὶ Εὐάρεστος, ὁ γράψας, πανοικί.

Evarestus
ejus scrip-
tor.

Martyrii
tempus di-
ligenter ad-
notatur.

ΚΑ'. Μαρτυρεῖ δὲ ὁ μακάριος Πολύκαρπος μηνὸς
Ξανθικοῦ δευτέρᾳ ἰσταμένου, πρὸ ἑπτὰ καλανδῶν 15
Μαΐων, σαββάτῳ μεγάλῳ, ὧρα ὀγδόῃ. Συνελήφθη δὲ

2. ἐπὶ κεφαλαίῳ] Formula usi-
tator est ἐν κεφαλαίῳ vel ἐπὶ κε-
φαλαίων εἰπεῖν.

5. διαπέμψασθε,] διὰ πέμψα-
σθαι Cod. Barocc. διαπέμψατε
mallent Usser. et Smithus.

6. δοξάζωσιν] Cod. Par. δοξά-
σωσι.

ib. τὸν ἐκλογὰς ποιοῦντα] Qui
nonnullos e numero fidelium ad
Martyrium vocavit. HEFEL.

7. Τῷ δυναμένῳ] Leg. τὸν δυνά-
μενον. USSER. Pleniorē in-
terpunctionem posui, monente
Smitho constructionem similem
esse ejus qua utitur D. Paulus
ad Romanos, xvi 25—27. Cf.
Ep. D. Judae, 24.

9. διὰ τοῦ παιδὸς] Articulum
reposui e Cod. Paris. Conf. su-
pra § 14, p. 640 l. 9, et Act.
Apost. iii 13, 26, iv 27, 30.

14. μηνὸς Ξανθικοῦ δευτέρᾳ ἰστα-
μένου,] *Secundam mensis Aprili-
s* perperam interpretatus est
P. Halloixius, in fine Notationum
ad Vitam Polycarpi, cap. 12;
indeque temere conclusit,
'haec ab ignaro quopiam ad
'calcem Epistolae Martyrii ad-
'jecta censeri debere;' quum
Juliani Syro-Macedonum men-
ses non fuerint hic accipiendi,
sed Smyrnaeorum, apud quos
Polycarpus passus est. Hi vero
a 25 die Martii Xanthicum
suum inchoarunt. USSER. E-
vagrius, H. E. iv 9, τῇ πρώτῃ
τοῦ Ξανθικοῦ ἡγουν Ἀπριλλίου μη-
νός. Euseb. de Mart. Palaest.
prooem. Ξανθικός μὴν, ὃς λέγεται
ἂν Ἀπρίλλιος κατὰ Ῥωμαίους. Cf.
Joseph. Antiq. I iii 3, quae loca
indicavit Clintonus eruditissi-

XX. Vos frequenter petieratis, ut quae gesta fuerant, nunciarem de beato Polycarpo : quae omnia nunciavit^b per fratrem Martianum. Vos^b iam quia scitis, omnibus per epistolas nunciate : ut ubique benedicatur Dominus bonorum electione servorum. Potens est enim et nos salvare per Dominum nostrum Jesum Christum Salvatorem : per quem ipse est, et cum ipso gloria, honor, potentia, magnitudo, in saecula saeculorum. Amen. Salutate omnes sanctos. Hi qui nobiscum sunt omnes salutant : Evaristus, qui scripsit, cum omni domo sua.

XXI. Martyrium sancti Polycarpi mense Aprili, vii Kalend. Maii, majore Sabbato, hora octava. Captus est ab Herode, Pontifice Philippo Trajano^c,^c 1. Tralliano.

mus, Fast. Hellen. iii 357.

15. Ξανθικοῦ] Cod. Barocc. ἐξανθηκοῦ.

ib. πρὸ ἐπτὰ—Μαῖων,] Has voces a manu recentiori interpolatas fuisse suspicatur Gresswellius, iv p. 611, qui statuit Polycarpum passum die Feb. 24 A. D. 164. Μαρτίων omnino legendum esse pro Μαῖων, docet Idelerus, *Handbuch d. mathem. u. techn. Chronologie*, i 419.

ib. πρὸ ἐπτὰ καλανδῶν Μαῖων,] Sic habet et Vet. Int. sed longe meliore Codice usus est Constantinopolitanus Chronographus, Siculorum Fastorum auctor ; qui πρὸ ἐπτὰ καλανδῶν Ἀπριλλίων, τῷ μεγάλῳ σαββάτῳ, ὥρα ἡ', Polycarpum igni traditum fuisse retulit. Verum enim Polycarpi natalem in 26 Martii esse statuendum, et Asiani anni ratio, et magni Sabbati character evincit : licet apud Latinos, Jan. 26, apud Graecos, Feb. 23 (die

eodem quo apud Latinos Polycarpi Presbyteri, socii S. Sebastiani) ejus celebretur memoria. Ex quibus etiam characteribus manifeste deprehenditur, anno vulgaris Aerae Christianae 169 et imperii M. Aurelii Antonini nono, passionem ejus contigisse. Nam quod apud Socratem v 32, et Hist. Tripartit. ix 38, [Cassiodor. p. 578 ed. Basil.] ad Gordiani, et in Graecorum Menaeco, Feb. 23, ad Decii tempora illa relata legitur, adeo ab omni veritatis specie alienum est, ut refutatione nulla indigeat. US-SER. Usserio adstipulatur Pagius ad annum 167, n. 3, 4. Anni 161 rem agit Stieren : *über das Todesjahr Justins*, in Illgenii *Zeitschrift für die histor. Theologie*, 1842, i 34. HE-FELIUS.

16. ὥρα ὀγδόη.] h. e. ante meridiem. Non enim de Romana, sed de Asiatica horas compu-

ὑπὸ Ἡρώδου, ἐπὶ ἀρχιερέως Φιλίππου Τραλλιανοῦ, ἀνθυπατεύοντος Στρατίου Κοδράτου. βασιλεύοντος δὲ εἰς τοὺς αἰῶνας Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα, τιμὴ, μεγαλοσύνη, θρόνος αἰώνιος. ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεάν. Ἀμήν.

5

Salutatio.

ΚΒ'. Ἐρρωσθαι ὑμᾶς εὐχόμεθα, ἀδελφοὶ, στοιχοῦντας τῷ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον λόγῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ. μεθ' οὗ δόξα τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ καὶ Ἁγίῳ Πνεύματι, ἐπὶ σωτηρίᾳ τῇ τῶν ἁγίων ἐκλεκτῶν. καθὼς ἐμαρτύρησεν ὁ μακάριος Πολύκαρπος, οὗ 10 γένοιτο ἐν τῇ βασιλείᾳ Ἰησοῦ Χριστοῦ πρὸς τὰ ἔχνη εὐρεθῆναι ἡμᾶς.

tandi ratione, hic est sermo, eadem scilicet qua nos hodie utimur. Videndi sunt Townson. *Works*, i 260; et Greswellius, *Dissertations*, iv 627, ii 216, iii 229.

ib. *Συνελήφθη δὲ*] Particulam δὲ addidi e Cod. Par.

1. ὑπὸ Ἡρώδου,] εἰρηνάρχου, υἱοῦ ἕντος Νικήτου, in *Fastis Siculis* additur, ex praecedente historia. USSER.

ib. ἐπὶ ἀρχιερέως] Qui prius Ἀσιάρχης, nunc Ἀρχιερέως appellatur. Nam Ἀσιαρχία, Βιθυνναρχία et Καππαδοκαρχία, inter ἔθνους ἱερωσύνας recensentur a Modestino, vi 14 D, *de excusationib.* sicut *Phoeniciarchia* et *Syriarchia* inter species Sacerdotii in Constantini Magni Rescripto, Lib. i C, *de naturalib. liberis*. Quum enim sacra haberentur ista certamina, et festivis diebus in Deorum honorem exhiberi solita, qui eis praerant in Sacerdotum ordinem prius cooptabantur. Quo spectat illa Alexandri Imp. Consti-

tutio, l. unic. C, *de pericul. successor. parent.* 'Si de proprio suo patrimonio muneris editionem tuo nomine pater tuus repromisit, ideoque etiam Sacerdotem te creati impe-
'travit; onus erogationis com-
'mune omnium haeredum ejus
'esse Praeses provinciae non
'ignorabit.' Ita ex Basilicis, Cujacius in l. 8 C, *de muner. patrimo.* ἡ ἱερωσύνη, τουτέστιν τὸ ἐπιτελεῖν τὰ κληρονομία. USSER.

ib. Φιλίππου Τραλλιανοῦ,] Alii fuerunt singularium Asiae urbium Ἀρχιερεῖς, alii totius provinciae. Ita Pergami, exempli gratia, unoquoque anno duo electi sunt Ἀρχιερεῖς, qui spectaculis et agonibus publicis praessent: ut ex Galeno, de *Composit. Medicam.* per Genera, iii 2 intelligimus. [tom. xiii p. 719 ed. Charter.] Sed habebant praeterea Asiani κοινὰ τὰ βουλευτήρια, κοινούς τοὺς νεὸς καὶ τοὺς ἀγῶνας, ut, in Oratione de Concordia ad Asianas civitates, docet Aristides. [i p. 534 ed. Jebb.]

Proconsule Statii Quadrati. Gratias Domino nostro Jesu Christo : cui gloria, honor, magnitudo, thronus sempiternus, a generatione in generationem. Amen.

* * * * *

Communia vero templa et certamina requirebant etiam τὴν ἱερωσύνην τὴν κοινὴν τῆς Ἀσίας, quod sibi aliquando fuisse delatum, in 4 ἱερῶν λόγῳ, narrat idem Aristides. [i p. 345 ed. Jebb.] Atque hi Ἀρχιερεῖς illi erant, qui Ἀσιάρχαι vocabantur: quos ut plures fuisse, ex Act. xix 31, ita eorum aliquos ex Trallianorum numero semper deligi fuisse solitos, ex verbis Strabonis liquet, xiv, Καὶ αἱ εἰς τινες ἐξ αὐτῶν εἰσὶν οἱ πρωτεύοντες κατὰ τὴν ἐπαρχίαν, οὓς Ἀσιάρχας καλοῦσιν. [p. 929 ed. Falconer.] Ut mirum videri non debeat, Philippum Trallianum. Smyrnae, ἐν τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας, (cui, ob conventus frequentiam et celebritatem, totius Asiaticae provinciae Proconsul interfuit) κληρονομήσας, pro muneris sui ratione, exhibuisse. USSER.

2. Στρατίου Κοδράτου.] *Statii Quadrati* in Vet. Int. ἐπὶ ἀνθυπάτου Τατίου Κοδράτου, in Fastis Siculis. Est autem Quadratus hic, quem suo tempore Asiae praefecturam suscepisse, in 4 ἱερῶν λόγῳ, memorat Aristides :

ἀφικόμενον Κοδράτου τοῦ ῥήτορος ἐπὶ τὴν τῆς Ἀσίας ἀρχήν. [i 336 ed. Jebb.] idemque, ut videtur, qui ante biennium cum L. Aurelio Vero Aug. Romae ordinarium gesserat Consulatum. USSER. Cod. Barocc. Κοράτου.

ib. βασιλεύοντος δὲ κ. τ. λ.] Sic ad finem Actorum Passionis S. Cypriani, ‘sub Valeriano et Gallieno Imperatoribus, regnante vero Domino nostro Jesu Christo:’ quam formulam, uti monet Fellus, p. 15, Amstel. 1700, serius in Ecclesiam introductam, satis norunt eruditi. Similem redundantiam in temporis notis adponendis videas ad calcem Evangelii Nicodemi, apud Jonesium, in libro inscripto, *A new and full Method of settling the Canon of the New Testament*. Part. iii cap. 29.

3. ᾧ ἢ δόξα—Ἀμήν.] Hanc doxologiam penitus om. Cod. Par.

8. μεθ’ οὗ δόξα] Cod. Par. μεθ’ οὗ πᾶσα δόξα ἐπὶ σωτηρίᾳ κ. τ. λ.

10. ὁ μακάριος] Cod. Par. ὁ ἅγιος Πολύκαρπος γένοιτο. pronomine omissio.

Epistolae
transcrip-
tores.
Caius.
Socrates.
Pionius.

Ταῦτα μετεγράψατο μὲν Γάϊος, ἐκ τῶν Εἰρηναίου μαθητοῦ τοῦ Πολυκάρπου, ὃς καὶ συνεπολιτεύσατο τῷ Εἰρηναίῳ. Ἐγὼ δὲ Σωκράτης ἐν Κορίνθῳ ἐκ τῶν Γαίτου ἀντιγράφων ἔγραψα. Ἡ χάρις μετὰ πάντων.

Ἐγὼ δὲ πάλιν Πιόνιος ἐκ τοῦ προγεγραμμένου 5 ἔγραψα, ἀναζητήσας αὐτὰ, κατὰ ἀποκάλυψιν φανερωσαντός μοι τοῦ μακαρίου Πολυκάρπου· καθὼς δηλώσω ἐν τῷ καθεξῆς· συναγαγὼν αὐτὰ ἤδη σχεδὸν ἐκ τοῦ χρόνου κεκμηκότα· ἵνα καμὲ συναγάγη ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ, 10 εἰς τὴν οὐράνιον βασιλείαν αὐτοῦ· ᾧ ἡ δόξα, σὺν Πατρὶ καὶ Ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

1. μετεγράψατο] Vitam Polycarpi 'primum Graece conscripsisse Caium, S. Irenaei Lugdunensis Episcopi discipulum,' non recte hinc collegit P. Halloixius. Nam aliud nihil hinc deduci potest, quam ex Irenaei exemplaribus Caium, ut ex Gaii exemplaribus Socratem Corinthium, praesentem

hanc Smyrnensis Ecclesiae Epistolam transcripsisse. USSER.

2. τοῦ Πολυκάρπου,] τοῦ ἁγίου Πολυκάρπου Cod. Paris.

ib. συνεπολιτεύσατο τῷ Εἰρηναίῳ.] Si cum Irenaeo conversatus est hic Gaius, vel idem fuit, vel eodem saltem tempore vixit cum Gaio Presbytero, qui Romae sub Victore et Zephy-

Exemplaria haec ex Irenaei, discipuli Polycarpi, doctrina scripsit Gajus, qui conversatus est una cum Irenaeo: ego autem haec Socrates ex Gaji exemplaribus scripsi.

Ego Pionius memorata exemplaria investigavi et scripsi, ex revelatione quae mihi patefacta est de beato Polycarpo; sicut enunciaui in conventu reliquis ex tempore quo laboravit, cum electis, et ut me colligat Dominus Jesus Christus in regno coelorum, cum Patre et Filio et Spiritu Sancto, in saecula saeculorum. Amen.

rino Episcopo claruit: qui et contra Proclum Montanistam conscripsit, et Labyrinthum, et Commentarium *περὶ τῆς τοῦ Παντὸς αἰτίας* vel *οὐσίας*, qui a quibusdam Fl. Josepho, a nonnullis Justino Martyri, a quibusdam ipsi Irenaeo perperam est adscriptus. Cujus, in Ecclesiastica sua Historia, Eusebius saepius, in Ecclesiasticorum Scriptorum Catalogo Hieronymus, [§ 59] et in Bibliotheca sua, cod. xlviii, meminit Photius. USSER. Caii Pres-

byteri Fragmenta conguessit Routhius, Reliq. Sacr. ii p. 127-134 ed. sec.

4. *μετὰ πάντων.*] *ἡμῶν* subjungit Cod. Par.


7. *τοῦ μακαρίου*] Haec verba in contextum admisi; exstant enim in Codd. Par. et Barocc.

9. *καμῆ*] Ita Cod. Par. et Barocc. Lib. impr. *καί με*.

ib. *ὁ Κύριος*] *ὁ Κύριος ἡμῶν* Cod. Par.

11. *εἰς τὴν... αὐτοῦ*] Has voces praetermiserat Usserius. Cod. Par. exhibet *ἐπουράνιον*.







rum quae
2 # 2390

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
10 ELMSLEY PLACE
TORONTO 5, CANADA,

2390.

